

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina

Melanchthon, Philipp

Wittebergae, 1621

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-112308)



56 A 4108

1^e
Sogf.

214086

17
1787

PHILIP
C
GRA
L

SEREN
ED

cum

JUL. C.

PETR.

NICOL.

JOSEPH.

JOHAN.

JOHAN.

Recognita

Con Gratia
Universali



FFIT

Excusa Typis
Impensis Ha

ANNO

PHILIPPI MELAN-
CHTHONIS
GRAMMATICA
LATINA

Jussu
SERENISS: SAXONIÆ
ELECTORIS, &c:

cum ex aliis, tum ex

JUL. CÆS. SCALIGERO,
PETRO RAMO,
NICOD. FRISCHLINO,
JOSEPHO SCALIGERO,
JOHANNE WANCKELIO,
JOHANNE RHENIO,

*Sunt ex Libris Thibaulti
Scribitur Anno 1717. DCALIN
9. Oct. 36. 92.*

Recognita & locupletata

*Cum Gratia &
Electoralis*



*Privileg. Special.
Saxonico.*

WVITEBERGÆ

Excusa Typis Johannis Richteri,
Impensis Hæredum Selsfischij.

ANNO 1 6 2 1.

1956 W 12141a

GRANDE A 4108



Regnum & locustana



Excels Typis Johannis
Imperialis Palatii

ANNO 1682




SEREN
PRI

DN. J
G

Duci Sax
Montium; S
chimarefchallo
ringiz, March
Magdeburge
& Ravens
Rav

Domio m

Ev Regia ev



On
nigh
Celf
stor
Clemen
cum penetrabilib
hic effreta Mund
Iocum Evangelii m
gruatus eximme
cendit; sed etiam



SERENISS: CELSISS: oq
PRINCIPI AC DN.

DN. JOHANNI
GEORGIO,

Duci Saxoniae, Juliae, Cliviae,
Montium; Sacri Romani Imperii Ar-
chimareschallo & Electori, Landgravio Thu-
ringiae, Marchioni Misniae, Burggravio
Magdeburgensi, Comiti de Marca
& Ravenspurgo, Domino in
Ravenstein, &c.

Domino meo Clementissimo

Εν Χριστῷ εὐοχίασθε καὶ ἀγάπη.

Non sine causa, DEO Be-
nignissimo, Serenissimo &
Celsissimo Princeps Ele-
ctor, &c. ac Domine, Do-
mine Clementis: gratias ex imis cor-
dium penetralibus depromimus, quod
hac effœta Mundi senectâ, non solum
lucem Evangelii in mediis tenebris Æ-
gyptiacis, ex immensa misericordia ac-
cenderit; sed etiam Lingvas eruditas, &
Artes

) (2

Artes ingenuas, doctrinæ Ecclesiasticæ ministras, in media superiorum seculorum barbarie conservârit, & repurgatas nobis reddiderit, gratiaq; sua Docentes & Discentes in Scholis hæcenus ita beârît, ut semper inde Viri, Ecclesiæ & Reipub. Scholisq;, quæ Seminaria utriusque sunt, utilissimi prodierint, & adhuc quotidie prodeant: Utque porro etiam, usque ad gloriosum adventum Filii Dei ad iudicium, prodire ipso benedicente possint, animatus vovemus.

Et si autem hæc ita se habent: Diffiteri tamen non possumus, & querelæ frequentes ipsaq; experientia nos convincunt, non satis rectè sese omnia in omnibus Scholis habere, & non paucas ab initio huius modò commemoratæ, & superiori seculo quasi de novo nobis exhibitæ gratiæ, non modò non auctorem & incrementum fecisse, sed etiam decreta quædam accepisse; factumq; fuisse, ut illæ etiam Scholæ, ex quibus antehac ad Gymnasia vel Academias præparatissimi Adolescentes & Juvenes profecti fuere, jam non paucos Grammaticæ & Dialecticæ initiorum admodum rudes mittant, non sine publico

publico Eccle
quod conque
mus; minime
inde, ut aut
Academicis
bus disciplin
Lingvæ exerc
dédum; Quæ
sibi consul
norum Deo
cungre possu
perimus, &
mmo conjunc
abjectis illis, q
curio detrita e
ora subiliant, a
tis molietes; vi
solidum nihil s
uari potest. N
dum afferri po
li causis ex quib
tu. Illæ est va
de in omnibus
præcipue tamen
voni solent, q
ant; causas has
quam vitium in
Gymnasticis diffi
difficilis corrigi

publico Ecclesiæ & Reipub. damno. Id
quod conquerimur meritò & deplora-
mus; minimè verò opprobamus. Fit
inde, ut aut tempus illud quod Studiis
Academicis tribuendum erat, Triviali-
bus disciplinis, & Grammatico Latinæ
Lingvæ exercitio aliquandiu sit impen-
dèdum; Quod qui faciunt, probè adhuc
sibi consulunt, & defectus priorum an-
norum Deo benedicente refarcire ut-
cunque possunt; aut, quod sæpiùs com-
perimus, & cum proprio ipsorum da-
mno conjunctum est, neglectis & planè
abjectis illis, quæ priorum annorum de-
cursu detrita esse putabant, ad sublimi-
ora subsiliant, ædificium sine fundamē-
tis moliētes; cuius durabilitatem, quum
solidum nihil subsit, facilè quivis omi-
nari potest. Neque malo huic reme-
dium afferri posse videtur ullum, ni-
si causis ex quibus prodit, obex ponatur.
Illæ etsi variæ & multiplices sint,
& in omnibus ferè Scholis lateant;
præcipuè tamen in Particularibus, uti
vocari solent, quas Respublicæ susten-
tant; causas has inquirere convenit,
quum vitium in illis contractum, in
Gymnasiis difficulter, in Academiis
difficilius corrigi queat.

)C 3

Ibi

rina Ecclesiastica
superiorum secu-
erravit, & repur-
t, gratiaq; sua Do-
in Scholis hacte-
per inde Viri, Ec-
olisq; quæ Semi-
utilissimi prodie-
die prodeant: Ut-
que ad gloriosum
d iudicium, pro-
possint, animi-

se habent: Dis-
mus, & querelæ
ientia nos con-
è sese omnia in-
re, & non pau-
dò commemo-
o quasi de novo
non modò non
atum fecisse, sed
dam accepisse;
æ etiam Scholæ,
Gymnasia vel A-
mi Adolescentes
re, jam non pau-
ialecticæ initio-
mittant, non sine
publico

Ibi pars illarum in ipsis Discipulis residet, pars penes Parentes, pars penes Magistros, pars penes ipsas Respublicas, pars denique Communis est, in cæteras omnes sese diffundens.

Discipulos quod attinet, sæpè illi sine omni Ingeniorum delectu, & vel invita, ut dicitur, Minerva Studiis mancipantur; & non rarò ea Ingénia quæ Studiis maximè idonea reperiuntur, aliis negotiis destinantur; Stupidiora Scholis dedolanda consecrantur. Quare id efficitur, ut illic Talentum divinitus concessum, non eo in genere in quo debebat, Deo lucrari possit; imò planè interdum defodiatur; hinc plus quàm concreditum fuit, imò *ἀδύνατον* postuletur, & tantùm non extorqueri videatur.

Non hæc idèd dicuntur, quasi non quorumvis ingeniorum Pueri, ad Scholas sint admittendi. Imò omnes ex æquo, tam Stupidos quàm Ingeniosos, primis annis Scholæ tradi æquum erat, cum ut Pietatem & Capita doctrinæ Christianæ rectè addicerent, tum ut Legere, Scribere, & Numerare docerentur, cuiuscunque generi vitæ sese essent dedituri. Ita enim in omni statu
homi-

homines magis
domesticis etiam
ferous. Et o
divitatis alieni
pita Pietatis te
re, rationesq; d
sit; ut sine quib
preesse nullus P
demum enim
constituta, quæ
sese rectè habere
Sed hæc est sententia
milito cetero Puer
ceteris deprehens
quoye consecran
nisi vitæ gener
humana carere n
quæ sunt, ad quæ
bre indoles & op
Hæc autem quum
nora ingenia Pr
tu; quid aliud is fa
prola facit, Sem
facilem spargens
fuit ut satis aptu
consecratur: accer
Istam imbecillita
tum quid fugien
quæ ratione ho

Discipulis refi-
tes, pars penes
ipfas Respubli-
cæ communis est, in ca-
ndens,

attinet, sæpè illi
in delectu, & vel
in riva Studiis man-
ea Ingenia quæ
reperiuntur, a-
tur; Stupidiora
consecrantur. Qua
lentum divini-
genere in quo
sit; imò planè
hic plus quàm
ultra postule-
rgeri videat

tur, quasi non
Pueri, ad Scho-
omnes ex æ-
in Ingeniosos,
li æquum erat,
capita doctrina
erent, tum ut
umerare doce-
eri vitæ sese ef-
in omnistatu
homi-

homines magis piè educatos, & rebus
domesticis etiam utiliores habituri es-
semus. Et optandum erat, nemini jus
civitatis alicuius communicari, nisi Ca-
pita Pietatis teneret, & Legere, Scribe-
re, rationesq; domesticas conficere nos-
set; ut sine quibus rei suæ privatæ bene
preesse nullus Paterfamilias queat. Tum
demum enim Respublicæ bene sunt
constitutæ, quando privatæ cuiusque
sefe rectè habent; & contra, si secus.
Sed hæc est sententia, eos, qui ex pro-
miscuo cœtu Puerorum, ad Studia præ-
cæteris deprehenduntur apti, Studiis
quoque consecrandos: reliquos aliis ho-
nestis vitæ generibus, quibus societas
humana carere nequit, quæq; Deo æquè
grata sunt, ad quod unumquemque sua
fert indoles & *ὄρεση*, destinandos esse.
Hoc autem quum sæpè negligatur, &
inepta ingenia Præceptoribus tradan-
tur; quid aliud ij faciant, quàm quod A-
gricola facit, Semen bonum in Terram
sterilem spargens? Ac licet non raro
fiat, ut satis aptum ingenium Studiis
consecratur: accedit tamen in ea ætate
Judicii imbecillitas, quæ quid sequen-
dum, quid fugiendum, quo ordine,
quæq; ratione hoc aut illud tractan-

dum, Puer quantumvis ingeniosus, ipse sine fideli dextroq; ductore non videt. Alium Ignavia & Somnolentia, Ingenii boni fructus facere non permittit: Alium Voluptatum sectatio: Alium Petulantia: Alium praesertim qui Ingenii sui nonnihil conscius est, Superbia, & cupiditas ad altiora praematurè alis nondum enatis evolandis; Cuiusmodi ingenia Icarium volatum facere constat. Et quis recenseat omnia, quæ Pueris in Studiis noxia esse solent?

A Pueris ad *Parentes* transeo, Horum aliquibus honesta Opificia forident; ideoq; Filium Musis dedicatum volunt; Sitné id lignum Statuæ Mercuriali aptum, nec ne? parum explorantes. Contrà aliqui Studioforum vitam, Otiosorum hominum, & non nisi sudores paternos absumere natorum, perperam judicantes, Filium vel optimo ingenio praeditum, reclamantibus & obstantibus, imò protestantibus etiam Praeceptoribus, quibus indoles Pueri praecleara innotuit, ad artem aliquam *Galvanorum* detrudunt. Atque ita hi Talentum Filii defodiunt, & Ecclesiam vel Rempub. utili viro defraudant: illi plus à suo quam ei commissum fuit, iniquè postu-

postulant, &
Reipub. Virum
Dra. in, Eccle
deoq; suam
Alii raxend
inge. iii, Mus
villè egestate
dentes, etian
& Rerump.
esse. Alii, e
nati, nimis
coemendos,
venda, parcu
tioni sumptib
& id tantum
tem Filio am
cogitantes, H
relinqui Liber
dia vocatis pra
quam piam Er
reditates ampla
catis plus obtui
tumq; media a
peditalle, & irr
tuisse; Et, non ta
possideat opes
sciat. Debeban
Virum educare
nia, quam pec
gentem Viro,

postulant, & ineptum Ecclesiæ atque
Reipub. Virum obtrudunt: Utrique in
Deam, Ecclesiam, Rempublicam, a-
deoq; suam ipsorum sobolem injurii.
Alii prætendunt, quòd Filium præclari
ingenii, Musis non consecrarint, non si-
visse egestatem facere se: parùm atten-
dentes, etiam Pauperioribus, Principum
& Rerump. munificentia prospectum
esse. Alii, etiam facultatibus à Deo do-
nati, nimis tamen sumptibus in Libros
coemendos, & *διδασκα* Magistris exol-
venda, parcunt; *ἔργον ἀμύθητον* Erudi-
tioni sumptibus parandæ præferentes,
& id tantùm laborantes, ut hæredita-
tem Filio amplam relinquant: parum
cogitantes, Hæreditatem à Parentibus
relinqui Liberis ingenii dono ad Stu-
dia vocatis præstantiorem non posse,
quàm piam Eruditionem; Et sæpè hæ-
reditates amplas Liberis non benè edu-
catis plus obfuisse quàm profuisse, tan-
tumq; *μέτρια ἀσβείας & ἀσωτίας* illis sup-
peditasse, & irritamenta malorum ex-
titisse; Et, non tam referre, quantas quis
possideat opes, quàm quomodo iis uti
sciat. Debent illi cum Themistocle,
Virum educare malle indigentē pecu-
nia, quàm pecuniam corradere indi-
gentem Viro.)(5 Alii

Alii, etiam si Filium ingeniosum Studiis consecrent, sumptibusque nullis parcere sibi propositum habeant: in ramentum negligunt, quod omnium primum esse debebat, & non devotione debita, gratiaque ac benedictione divina assiduis precibus implorata, Pueros Studiis consecrant; sed tanquam rem in sua potestate haberent, tantum ad Scholam Filium excurrere & diligenter discere jubent, Magistros vero fideliter docere hortantur: non cogitantes, minimè sufficere, si Paulus plantet, & Apollo riget, nisi Deus cœlitus benedictionem & incrementum addat. Alii, ubi paululum adolevit Filius, & profectus nonnullos Dei benedictione sentit, statim eum ex Schola patria, tanquam nihil amplius in ea discendum restaret, vel ad Gymnasia, vel ad Academias etiam, sapissimè sine Inspectorum & Directorem studiorum, nec annis nec profectibus postulantibus, præmaturè ablegant, antequam fundamentum in Artibus Dicendi feliciter jecerit. Quod si in aliqua Republica facit Caius, facit Titius, facit Sempronius, facit quis non alius? utique exercitia ea quæ cum adultioribus & profectu

fectu aliquo v
bant ac poter
quam talis pr
crebuit, sole
stris omitti,
tum sentire
ratione accer

Quod
discedo; no
sele ostendi
istimationes
benignissim
tenus multis
ros præfere
tate erudition
tentate infor
ta intruditi, m
doctrina Eccl
um docuerunt
bus etiam, qua
Mundo conten
des Jesu: Ch
lo judicio, in q
cia confundet
ponet, & sub
in pulvere Sch
æterna gloria
Inveniri inven
centes, in quibu

fectu aliquo valentibus institui debe-
bant ac poterant, & sæpè etiam ante-
quam talis præcipitancia Parentum in-
crebuit, solebant, vel ab invitis Magi-
stris omitti, & ita Scholas decremen-
tum sentire necesse est; Quod alii alia
ratione accersunt.

Quòd si à Parentibus ad *Magistros*
discedo; non minor ibi causarum series
sefe ostendit. Nolo hìc cuiusquam ex-
istimationem arrodere. Imò potiùs Deo
benignissimo gratias ago, quòd hac-
tenus multis passim Scholis tales Vi-
ros præfecerit, qui zelo pietatis, solidi-
tate eruditionis, gravitate morum, dex-
teritate informandi, industriaq; debi-
ta instructi, magno cum fructu, Initia
doctrinæ Ecclesiæ, Lingvarum & Arti-
um docuerunt, & adhuc docent. Qui-
bus etiam, quantumvis in hoc ingrato
Mundo contemptis, justissimus ille Ju-
dex JESUS CHRISTUS, in extremo il-
lo judicio, in quo multa humana judi-
cia confundet, Coronam cœlestem im-
ponet, & sudores atq; labores eorum
in pulvere Scholastico molestissimos
æterna gloria lætitiq; compensabit.
Interim inveniri nonnullos inter Do-
centes, in quibus causæ aliqua resideāt,
Opti-

Optimi quique ipsi mecum fatentur :
imò non rarò vel de Collegarum vel de
aliorum culpa conqveruntur. Non di-
cam de Inhabilitate ad docendum, vel
ut verbo appellem, Ruditate, quam non
facile quis præsumat. Iudicii tamen &
Discretionis defectum in nonnullis de-
siderari audimus. Sunt qui ex una fide-
lia, unoq; penicillo, unaq; opera omnes
parietes dealbare, id est, iisdem præce-
ptis & exercitiis omnes Discipulos simul
promiscuè informare volūt, discrimen
inter Incipientes, Medios & Profectio-
res non observantes. Accedunt aliqui
Novitii, reliquis in medio alicuius Li-
bri versantibus : illos his conjungunt,
quātumvis priorum præceptorum pla-
nè adhuc ignaros. Sunt qui indiscretè
omnia quæcunqve Liber propositus ha-
bet, omnibus ediscenda imperant, faci-
liora à difficilioribus non secernentes.
Sunt qui nimis multa, sæpè etiam non
explicata aut declarata, Pueris ediscēda
injungūt, & ita ingenia obruunt. Sunt
qui Distinctiones Pueris non diligenter
inculcant, sed confusè & indistinctè re-
citari omnia permittunt. Aliiq; aliter
in hoc genere pecant. Ad *ἀδιακρίσιαν*
eiusmodi nonnunquam & Negligentia
accedit, dum vel præcepta exemplis ac-
com-

commodis no-
riz madata no-
ercitatio segn-
invenias, qui
proprio fung-
superficialit-
aliud agente
tantes, & t-
quaque oco-
propositum
gentius parte
de est simile
certo officio
ut plurimum
res ipsa loquit-
docti ad Scho-
veniunt, quos
trattare piget
amplius Schol-
cademius, vel a
preste videri
realicubi intro-
num, Disputat-
cademicorum,
riori præcept-
rum Figuram
ponuntq; Rh-
crulla deprehen-
clationū Dis-
lis habiturum s-

commodis non illustrantur; vel memoria madata non reperuntur, vel stili exercitatio seignius urgetur. Nec paucos invenias, qui officio Scholastico non ut proprio funguntur, sed perfunctorie & superficialiter illud praestant, tanquam aliud agentes, aliudque vitae genus meditantés, & muneri Scholastico prima quaque occasione renunciaturi. Quod propositum si qui sibi habent, eos negligentius partes officii peragere, vero valde est simile: sicut contra eos, qui unico certo officio sese consecraverunt, maiore ut plurimum cura & studio sua tractare res ipsa loquitur. Sunt etiam qui nimis docti ad Scholasticas operas obeundas veniunt, quos Grammatica pracepta tractare piget pudetque, quique non amplius Scholis Trivialibus, sed Academicis, vel ad minimum Gymnasis praesse videri volunt. Hinc praematurae alicubi introductiones Declamationum, Disputationum, & studiorum Academicorum; quum non raro Grammaticorum praceptorum ruditas magna, & vel trium Figurarum Syllogismorum, praceptionumque; Rhetoricarum ignorantia crassa deprehendatur apud eos, qui Declamationum Disputationumque in Scholis habitaram specimina ostentant.

Sanè

Sanè non invidenda sunt Scholis maioribus eiusmodi exercitationes : imò de augmentis hisce & similibus meritò eis congratulamur. Hoc saltem caveri optamus, ne sublimiora studia præmatùrè introducta, inferiora ejiciant, aut segniùs tractari faciant. Quæ omnia & siqva fortè plura afferri possent, in nullius contumeliam, sed publici damni causas inqvirendi studio commemorata sunt.

Sed neqve ipsæ *Respublicæ*, quod pace earum dicatur, planè sunt ab hisce causis absolvendæ omnes. Etsi enim diligentes Scholarum Inspectiones in unaqvaqve ferè Repub. personis idoneis sunt commissæ; qva in re suam merentur laudem : Optandum tamen esset, ut id etiam omnes laborarent, quò Magistris Scholarum *Didactica* publica liberaliora suppeditarentur. Multis in locis antiqva Salaria Magistris numerantur, iis temporibus, quibus omnia quæ ad victum & amictum pertinent, triplo vel quadruplo viliùs emi poterunt, & iis ipsis etiam temporibus satis sæpè parçè constituta : Nunc postquam horum temporum vitio, precia rerum moderna admodum excreverunt,

runt, & antiq
druplo supera
plerunqve Sa
portet. Nu
Opifices suo
merces cari
vendunt.
dum suos r
tates horan
bet nullum.
tum & alia v
antè; Sutor
plus pro labor
à Panifices, &
stium triplo &
comparare cog
Salario eodem
cto. Quare
tionis alio quot
bro ferrario, H
pòitibus, mater
precio compen
tum suum; Ant
cora, Butyrum,
rius vendit. r
na, Intitor mer
tum è carius rur
que quo damnur
bet. Soli in Sch

runt, & antiqva precia triplo vel qua-
druplo superant; nihilominus iisdem
plerunqve Salariis contentos esse o-
portet. Rustici sua frumenta & alia;
Opifices suos labores; Institores suas
merces carius atqve carius subinde
vendunt. At Docens in Schola, mo-
dum suos redditus augendi, & difficul-
tates horum temporum sustinendi, ha-
bet nullum. Cogitur à Rustico frumen-
tum & alia victualia pluris emere qvàm
anteà; Sutori, Sartori, & aliis, triplo
plus pro labore pendere necesse habet;
à Pannifice, & Institore materiam ve-
stium triplo & amplius cariorem sibi
comparare cogitur: & omnia hoc de
Salario eodem vel parè admodum au-
cto. Qva in re longè deterioris condi-
tionis alio qvovis existit. Rusticus Fa-
bro ferrario, Harmatopego, aliisq; O-
pificibus, materias & labores maiore
precio compensat. Bene est. Frumen-
tum suum, Anseres, Gallinas, Ova, Pe-
cora, Butyrum, Caseos &c. vicissim ca-
rius vendit. Faber ferrum, Sutor co-
ria, Institor merces carius emit. Quid
tum? carius rursus extrudit. Et ita qvis
qve qvo damnum suum compenset, ha-
bet. Soli in Scholis, ut & Ecclesiis do-
centes

centes, & quivis ex Salaris viventes,
sunt quos rerum caritas præ cate-
ris premit, quique; damna sua compen-
sandi medio destituuntur omni. Eò
autem hoc tandem procedit, ut Magi-
stri Scholarum ad incitas redacti, quum
ex suo Salaris vivere nequeant, aliis
modis, non sine officii neglectu, victum
sibi acquirere cogantur, & dum cum ge-
mitu officium utcumque peragunt, mi-
nore cum fructu Discipulis præsent:
imò de correctione huius defectus de-
sperantes, desertis Scholis alia sæpè vitæ
genera affectent. Unde fit, ut crebræ
Magistrorum mutationes, Puerorum
in studiis progressiones multum impe-
diant; & exercitati in hac palæstra non
ubique inveniuntur Magistri; dum non
dantur, qui in tanta Salariorum tenui-
tate laboribus Scholasticis macerari
perpetuò cupiant. Imò jam penè de-
ficere incipiunt, qui Scholis præfici, &
in pulverulentis illis laboribus egere
velint. Huic defectui, ut remedium
aliquod Republicæ quædam hætenus
cum laude sui, & fructu Scholarum fe-
cerunt: ita quoque eidem, & eas ipsas
& alias occursum ituras spes bona est,
quum intelligant, quantum referat,
Scholas

Scholas suas be-
casi fieret, per
Scholasticos
cum præsentis
summa futura
Sed adhu
causa, in hac
danda, & qui
pud Vulgus,
huius orationis
contempnus
quam Ludimo
cum Pueris illi
tractet. Dition
tem eius ludic
magis arduis o
Opia Onofam
re non, quid in
rum non emittit
Templis, aureis
nabor illud Divi
Sicut enim, i. Tim. 5
miserum ego, domine
Iam si veritas
Quod præceptu
mano includit.
Dicitur in his
digni haberentur,
tempus non pauci

Salariis viventes,
caritas præ cæce-
na sua compen-
untur omni. Eò
rocedit, ut Magi-
tas redacti, quum
nequeant, aliis
neglectu, victum
ur, & dum cum ge-
ve peragunt, mi-
scipulis præsent:
ius defectus de-
lis alia sepè vitæ
le sit, ut crebra
es, Puerorum
multum impe-
c palæstra non
istri, dum non
riorum tenui-
ticis macerari
ò jam penè de-
olis præfici, &
boribus egere
ut remedium
ædam hæctenus
u Scholarum fe-
em, & eas ipsas
as spes bona est,
antum referat,
Scholas

Scholas suas bene esse constitutas. Se-
cùs si fieret, penuria tandem hominum
Scholasticos labores subire volentium,
cum præsentissimo Scholarum damno,
summa futura esset.

Sed adhuc una in Rebus, residet
causa, in hac seculi prævitate vix emen-
danda, & quidem (utinam tantùm) a-
pud Vulgus, videlicet Contemptus
huius ordinis. Quid enim vilius, quid
contemptius in oculis multorum,
quàm Ludimoderator aliquis? eò quod
cum Pueris illi res sit, & quòd Puerilia
tractet. Ditiore aliquis est; paupertate
eius ludit: Honoratior aliquis, &
magis arduis occupatus; contemnit:
Opifex Otiosum proclamat. Et quis fe-
rè non, quid in hunc ordinem sannarum
non emittit? Utiqve Scholis &
Templis, aureis literis inscribi conve-
niebat illud Divi Apostoli præceptum
*θεόπνευσον, 1. Tim. 5, 17. οἱ καλῶς περιεστῶτες
πρῆσβύτεροι, διπλῆς τιμῆς ἀξιοῦσθαι, μά-
λιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ.*
Quod præceptum Scholæ Magistros om-
nino includit. Sed ò Benignissime
DEUS, διπλῶ τιμῶ eis assignas? Modò ἀπλῆ
digni haberentur. Hoc autem Con-
temptu non pauci tantopere moven-
tur

)(

tur

tur, ut vel planè non admovere manu
aratro Scholastico velint; vel ad motam
prima occasione inventa retrahant; nec
dignum sua indole Liberale ingenium
judicet, ita serviliter contemptum vul-
go haberi, quum maiore existimatione
in alio genere vitæ gaudere possit: non
respiciens ad *μιοθ αποδοσίαν* in futura vita
expectandam, etiam si Mundus hic in-
gratus ferè nil nisi *ὀνειδισμὸς* rependat.
Atque inde fit, ut non nisi abjecta inge-
nia ad Scholasticos labores damanda,
quasi judicentur, quum *ἐλευθερώτερα* &
excitatoria, ab eis ob Contemptum
istum abhorreant.

Ob has utique & fortè plures cau-
sas, Scholarum Trivialium decrementa
fieri, in propatulo est. Quibus accedit
adhuc alia *Communis*, in omnes cæteras
sefe diffundens. Detur enim Inge-
nium Pueri ad Studia satis aptum; Den-
tur Parentes ad sumptus sufficientes &
prompti; Dentur Magistri prudentes,
solertes & dextri; Detur Magistris *δι-
δακτεον* & Honor conveniens: Non pa-
rum tamen in informatione Juventu-
tis,

admove manu
lunt; vel admota
enta retrahant; nec
liberale ingenium
contempnim vul-
iore exiltimatione
audere possit: non
docti in futura vita
si Mundus hic in-
vidiosus rependat.
n nisi abstracta inge-
bros damnanda
m ἐλευθερώματα &
o Contemptum.

fortè plures cau-
um decremēta
Quibus accedit
n omnes ceteras
tur enim Inge-
atis aptum; Den-
tus sufficientes &
gistris prudentes;
erur Magistris di-
eniens: Non pa-
natione Juventu-
tis;

tis, momenti habet Docendi præce-
ptionumq̄ve *μέθοδος*. Ut enim de-
basi omnis liberalis eruditionis tan-
tū loqvar, Grammatica, & ea qui-
dem Latina; Tot hæcenus ferè in u-
su videmus Grammaticos libellos, si
non quot sunt Magistri, tamen quot
sunt nobiliores Scholæ. Discit Puer
hodiè hæc, cras illa, per diem alia præce-
pta Grammatica, & ita porrò, donec
defatigatus præceptionum diversitate
& interdum contrarietate, tædio affi-
citur, & vel nihil inde proficit, vel *συγ-
κεχυμένως*, sine iudicio, & ferè sine fru-
ctu præcepta diversa imbibit, quæ qui-
bus præferat, ignarus. Neque possunt
huic malo remedium afferre vel ipsi
Pueri, vel eorum Parentes, vel Ma-
gistri, vel Respub. certa. Etsi enim
vel optimè conscripta præcepta Gram-
matica, hæc vel illa Respublica Scholæ
sua commendarit: fit tamen, ut Disci-
pulus ex illa Schola ad aliam profectus,
nova præcepta inveniat, frustra, ut
æstimat, labore priore insumpto. Qua
sanè diversitate, remora Discipulis
magna injicitur, ut res ipsa loquitur.

) () (2

Has

Has omnes hæcenus commemo-
ratas causas, Scholis & Puerorum pro-
fectibus detrimentum afferre, non sine
dolore comperimus: remedium eis af-
ferre non satis scimus. Si tamen, quod
res est, dicendum est, ita ferè medela a-
liqua fieri posset.

Seligantur ingenia Puerorum; &
quæ Studiis sunt inepta, sibiipsis ac
sumptibus potiùs parcant, quàm tem-
pus & impensas perdant, vel vix Semi-
docti evadant; & ubi Capita Pietatis,
rationemq; Legendi, Scribendi, & Nu-
merandi didicerint, honesto Opificio
vel Negotiationi sese dicent. Excita-
tiora verò, & donis divinis ad Studia.
Liberalia vocata, cum Pietate illa con-
jungant, & de industria debita nihil re-
mittant. Parentes precibus suis Libe-
rorum studia D E O commendent;
sumptus pro facultatum modulo sine
γογγυσμῶν suppeditent; nec ante diem
Adolescentes Scholis eximant, aut
Gymnasiis vel Academiis sine morum
Inspectore & studiorum Moderatore
committant. Magistri laborum imper-
tali, & Contemptum hominum *Βανδύ-
σων* nihili facientes, sui muneris partes
strenuè exequantur; Captui Puerorum
fese

fese prudenter & dextrè accommo-
dent; labores suos DEO gratos, cœle-
stiq̃ve aliquando gloria remunerandos
non deserant, aut aliud vitæ genus me-
ditantes perfunctoriè præstent; nec
Discipulos fidei suæ commissos præci-
pitent, aut è Scholis Gymnasia, vel tan-
tum non Academias facere affectent;
nec prius Parietum Tectiq̃; structuram
aggrediantur, quàm Fundamentum æ-
dificii fecerint solidum. Respublicæ
verò ἀξιον τὸν ἐργάτην τῆς μισθῆς αὐτῆς existi-
ment, ideoq̃ve Docentibus de Saliariis
sufficiētib; prospiciant: & Omnes
in universum à Contemptu ordinis
Scholastici abstineant, debitumq̃; ho-
norem, quem DEUS justissimus labo-
rum humanorum æstimator, τοῖς ἐν διδα-
σκαλίᾳ κοπιῶσι, singulari iudicio διπλῶν
tribui postulavit, si nimius fortè huma-
næ censuræ videtur, saltem ἀπὸ λῶν iisdē
exhibeant, & honorificentius quàm
vulgò fieri solet, de iis sentiant ac lo-
quantur. Ita spes est, futurum, ut Scho-
læ indies crescant; Juventus rectius e-
ducetur; & sumptus in Studia, Studio-
rumq̃ve Moderatores impensi utiliùs
collocentur; & Ecclesiæ Rebusq̃; pub.
utilissimi Viri magno numero subinde
præparentur.

) ((3

Atque

Atque hæc omnia talia sunt, quæ à singulis singula sunt præstanda. Ultimum quod attinet de conformi *εὐμεθόδεια* præceptorum; id nec à Pueris, nec ab eorum Parentibus aut Magistris, nec etiam simpliciter ab omnibus simili Rebus. seorsim suo cuiusque loco præstari potest. Summi hic Magistratus cura provida & autoritas postulatur. Quæ in parte, tantum abest, ut Sereniss: Cels: T. admonitione indigeat, ut potius Ipsa huic incommodo medelam afferre, inter tot tantasq; gubernationis Politicæ curas, ultrò sui muneris esse duxerit. Et proinde, quum Grammaticæ Latinæ Methodo, quam Vir incomparabilis Dn. PHILIPPUS MELANCHTHON olim Witebergæ docens præscripsit, meliorem hætenus, quod citra præiudicium cuiuscunque laboris dictum esto, vix viderimus: Eandem in Scholis suæ ditionis omnium ordinum omnibus retineri, & Juventuti proponi, more Maiorum laudatissimorum iam dudum probè sancivit. Quia verò in illa Methodo præceptisq; Philippeis nonnulla desiderantur, nonnulla correctione indigere deprehensa sunt, quandoquidem Vir ille tot tantisq; laboribus distri-

distri-
ctus, om-
nis uno mo-
poruit; & die
læcirco ut &
maneret hon-
tis labore ei-
juz recti-
Cels. Tua,
maticæ Lat-
SARE, & ei-
GERO, PET-
FRISCHLI
JOHANNES
Grammaticis
(quorum un-
ex merito ma-
re, in locis qu-
dus supplere,
paterna pro
Clementissim-
re cum huic
rioris, tum et
datur. Atq;
hanc ipsam de
Scholis &
strategit.
Mandat-
quum solus
BURGIL,

districtus, omnibus mendis Grammaticis uno motu tollendis vacare non potuit; & dies diem perpetuò docet: Idcirco ut & Autori meritissimo suus maneret honor, & commodis Juventutis labore eius hactenus plurimum adjunctæ rectius consuleretur; Serenif: Cels. Tua, Philippica præcepta Grammaticæ Latinæ, adhibitis ex JULIO CAESARE, & eius filio JOSEPHO SCALIGERO, PETRO RAMO, NICODEMO FRISCHLINO, JOHANNE WANKELIO, JOHANNE RHENIO, alijsq; qui hisce Grammaticis operam impenderunt (quorum unumquemque debita laus ex merito manet) ad maniculis, revideri, in locis quibusdam corrigere, defectus supplere, & abundantia eximere, paterna pro Juventute sollicitudine Clementissimè mandavit, ut hac ratione cum huic Serenif: Tuæ Cels: Territorio, tum etiam vicinis aliis commo- daretur. Atque ita Serenif: Cels: Tua hanc ipsam de qua sermo est, in edam Scholis & Juventuti afferre laudabiliter fatigit.

Mandato huic Clementissimo, quum solus à discessu ROTENBURGII, & obitu SIBERI,

) () (4

qui-

quibus unà hoc negotium incumberebat, debitor divina providentia relictus an reservatus essem; parvi, quantum tempestate illa morbida, quæ totam ferè Witebergam, & me quoque tunc satis diu & repetitis intervallis premebat, DEO sustentante valui; & adhibitis simul cùm Lipsiensis Academiae, tum Scholarum Provincialium à Sereniss: Cels: Tuarequisitis judiciis; Collegarumque JEREMIAE SPIGELII Generi mei (qui tamen in medio operæ cursu Kembergensem Præposituram, Sereniss: Cels: Tua consentiente adiit) & AUGUSTI BUCHNERI (cuius ante & post Spigeli discessum, singularem industriam, judicii que gravitatem & opus hoc adjuvandi insignem *αεθυσία* meritò gratus prædico) operæ fidei consiliisque; adjutus, GRAMMATICAM DN. PHILIPPI LATINAM, retentis ijs quæ retineri potuerunt, in hosce Libellos, quos Sereniss: Cels. Tuæ, quæ iussit ac voluit, subjectissimè offero, redegì, ita quidem, ut primum ea quæ Discipulis præcipua essent, in *συστημα* hoc quod unus exhibet, colligerem: Reliqua deinde, quæ magis singularia sunt, & usui Docentium

tium que
riunt, pecu
altero con
denique Gra
pendium In
modatum
ederem.

Fecit
trò; quoc
Quum; a
ceptoribus
sua aliis de
rantur & pr
silo Suprem
Sereniss: Cels
dubium est, a
tantum hinc
tonio, sed etia
renis: Cels;
molamento m
Sereniss: Cels:
Electoralis suæ
quod inter tot
tionis Politicæ
hæc pulveres
nes Docentium
quæ vari patem
Minimè a
in hac Revisio

gotium incumbere
providentia relictus
parvi, quantum
vidi, quæ totam ferè
e quoque tunc latis
ervallis premebat,
alui; & adhibitis si-
Academiz, tum
alium à Serenis:
judicis; Collega-
Æ SPIGELII
en in medio operæ
Præposituram
sentiente adiit)
HNERI (cui-
discessum, sin-
dicijque gravi-
vandi insignem
prædico) operæ
GRAMMA-
IPPI LATI-
retineri potue-
quos Serenis:
c voluit, subje-
ita quidem, ut
tibus præcipua
quod unus exhi-
va deinde, quæ
& usui Docen-
tium

tium que Adultiorum magis infer-
viunt, peculiaribus *ἑρμηνείαν* in-
altero comprehenderem: & ex pleno
denique Grammatico Systemate, Com-
pendium Incipientium studiis accom-
modatum extraherem, & peculiariter
ederem.

Fecit hac in re Serenis. T. C. id ul-
trò, quod Sui muneris esse censuit.
Quumq; à Discipulis, à Parentibus, Præ-
ceptoribus, & Rebuspub. quibusque,
sua aliàs de quibus dictum est, & requi-
rantur & præstari possint: hoc, quòd à
solo Supremo Magistratu fieri potest,
Serenis: Cels. Tua ultrò præstitit. Nec
dubium est, divina benedictione, non
tantum huic Serenis: Cels: Tuæ terri-
torio, sed etiam vicinis & aliis, hanc Se-
renis: Cels: Tuæ curam providam e-
molumento maximo futuram; Tuamq;
Serenis: Cels:, immortalem gloriam,
Electoralis suæ Autoritati addituram,
quòd inter tot tantasq; curas gubernationis
Politicæ, etiam ad Scholasticos
hosce pulveres sese demiserit, & Discen-
tes Docentium opera quamplurimum
adjuvari paternè procurarit.

Minimè autem hoc mihi sumo,
ut hac Revisione injuncta, omnium
) ((5 puncta

puncta meriturum me existimem. Quis enim in moderna Ingeniorum pruriginibus omnibus satisfaciat? Quis omnium palatis gratum cibum apponat? Leonē aliquando ferunt Quadrupedibus reliquis convivium lautum apparasse, omnesq; ad illud comparuisse, Lepore excepto, qui quum postridiē Malvas nullas appositas cognovisset, se non adfuisse gavisus fuerit, Convivioq; quantū in se, detraxerit: Vulpem contrā, quōd Gallinā appositā fuissent, mirē illud depraedicasse: alias Bestias, quamque pro sua saliva aliter atq; aliter de eo judicasse. Ita scilicet omni tempore evenit, ut qui operam aliquam publicam praestitit, laudetur ab his, culpetur ab illis. Imō *διὰ τῶν καὶ ἀλμύρας* saepe mandata exequimur, eventum DEO & Magistratui committentes, Sufficit mihi hac in parte, si Sereniss: Cels: T. laborem hunc clementissimē inunctum, fidelissimē praestitum, & subjectissimē dedicatum, sibi Clementissimē commendatum habeat, & contra malevolorum frivolas & malitiosas arrosiones defendat, & quod maximē voveo, cum fructu publico Docentium atq; Discentium in hoc suo & aliis territoriis usurpari videat.

DEUM

DEUM Be
conclamat
clera afflic
rum Multit
totaq; domo
tueatur & p
Rutæ Saxoni
Scholis, Ha
adventum
plex oro; &
Clementis
entissimē pr
mendo. Pe
die Sereniss.
trigelimū se
men Quadrar
a. d. s. Martii a
porar diem u
nis Cels. Tuz
faciter illece
113

DEUM Benignissimum, ut in hisce
conclamatis temporibus, & in hac Ec-
clesiæ afflictione, Serenifs: Cels. Tuam,
cum Illustrissima Coniuge & Sobole,
totaq; domo Saxonica, potentissimè
tueatur & protegat; nosq; sub umbra
Rutæ Saxonica, in Ecclesiis, Rebusp. &
Scholis, Halcyoniorum usu, usqve ad
adventum Filii sui gaudere sinat, sup-
plex oro; & Serenifs. Cels. Tuæ gratiæ ac
Clementiæ me, laboremq; hunc obedi-
entissimè præstitum, humillimè com-
mendo. Perscripsi Witebergæ, ipso
die Serenifs. Cels. Tuæ Natali, annum
trigesimum sextum, primi Perfecti nu-
meri Quadratum complente, hoc est,
a. d. 5. Martii anni M. DC. XXI. quem
γενεσίω diem ut sæpissimè adhuc Sere-
nifs. Cels. Tuæ DEUS Benignissimus
feliciter illucescere sinat, *ὀλοκαρδίως* VO-
veo,

Serenifs: Cels. T.
humillimus Servus

M. Erasmus Schmidt,
Græc: & Mathem: Pro-
fessor Publ. & Stipen-
diaz: Inspector.

DEUM



DOCENTIBUS MA-
GISTRIS
S. P.

*Characteres sequentes notant
Quaestiones, Regulas, Exceptiones,
&c.*

* pro Incipientibus, quæ etiam seorsim in Com-
pendium collectæ habentur.

† pro Mediis, inclusis * notatis.

Δ pro Provectoribus, inclusis * & †.

Ubi □ præfixum est, illa ediscenda Pueris non necessa-
rio sunt, sed crebriore lectione familiaria facienda.

In omnibus tamen hisce, Docentes Di-
scipulorum rationem prudenter
noverint habere.

Numeri Interlineares & Marginales, uberiorem decla-
rationem in Altera parte quæ HYPOMNEMATA
inscribitur, ostendunt. Eam, qui volent, se-
orsim excusam sibi compa-
rabunt.





IS MA-
IS

ventes notant
Exceptiones,

am leorim in Com-
tur.

is.

is* & †.

ueris non necessa-
liaria facienda.
ocentes Di-
denter

beriozem decla-
OMNEMATA
vi volent, se-
mpa-





Συ
GRAM
LATINA
MELANG

Ra
QVID GRA

Que e
* Quid est

Grammatica
et de scribendi
Latine.

* Quis sint partes
Quam: Orthogra
mologia, et Synaxis.

i Grammatica differ
Differat objectis. N
Orthographia verba
Syllabas.

Proodia circa Syllab
ritate Quantitatis &
Rymologia, circa
sua Partes Oratoris

Synaxis, circa di
ferentiam Oratoris

¶ Quibus harum dividit
partem. Simpliciter ordi
tate infra lectum as

Σὺν Θεῶ.
GRAMMATICA
LATINA PHILIP.
MELANCHTHONIS

Revisa.

QVID GRAMMATICA, ET
Quæ ejus partes.

* *Quid est Grammatica?* 1

Grammatica est certa loquen-
di & scribendi ² ratio; Latinis
Latinè.

* *Quot sunt partes Grammaticæ?*

Quatuor ³: Orthographia, Prosodia, Ety-
mologia, & Syntaxis.

† *Quomodo differunt hæ partes?*

Differunt objectis. Nam

Orthographia versatur circa Literas &
Syllabas.

Prosodia circa Syllabarum affectiones,
ratione Quantitatis & Toni.

Etymologia, circa singulas Dictiones,
seu Partes Orationis.

Syntaxis, circa dictiones conjunctas
seu integram Oracionem.

□ Quælibet harum dividitur in Simplicem & Fi-
guratam. Simples ordine pertractabimus. De
Figuratis infra seorsim agemus.

A

PRIMA

1.

2.

2 PRIMA PARS.
ORTHOGRAPHIA.

CAPUT I.
DE ORTHOGRAPHIA ET
eius Objecto.

1. † *Quid est Orthographia?*
Orthographia est pars Grammaticæ,
quæ Literas, & earum discrimen, scriptu-
ram, pronunciationem, & in Syllabas coi-
tionem docet.

Huc referre etiam solent scriptæ aut recitatae
Orationis Distinctionem.

2. † *Quid est Litera?*
Litera² est minima pars vocis articula-
ta, quæ scribi potest individua.

3. 4. * *Quot sunt Literæ?*
Tres & viginti³: ABC⁴DEFGHIK
LMNOPQRSTUXYZ. † Ex quibus
Græcæ sunt KY & Z.

CAPUT II.
DE DISCRIMINE LI-
terarum.

* *Quomodo dividuntur Literæ?*
In Vocales & Consonantes.

1. * *Quot sunt Vocales?*
2. Quinqve simplices Latinæ², AEIOU:
& una Græca Y. Ex quibus fiunt octo
Compo-

DE ORTHO
Compositæ seu Dig
B, OI, UI, AU, & E
Iax, Eia, Traia; Hui

* Quot sunt
Septendecim, min
mos præter Vocal
MNPQRSTXZ

¶ Sæpe etiam I & U
videlicet Syllabam in
pa-ty, y-ty. Quæ m
habet à Vocalibus i, u
& appellatur, si Jod

* Quomodo dividit
La Simples & Du

* Quot sunt Conson
Quintecim. Octo

PQT. & Septem. Sem
bus quatuor LMNR, L

Reliquæ tres, FHS, Spira
est finalis abstr. H. Consona

* Quot sunt Dig
Du, X & Z.

CAPUT

DE SCRIPTUR

rum, & quæ in

CAPUT

DE PRONUN

Literar

Videatur in cæ
A

PARS.
 GRAPHIA.
 T. I.
 GRAPHIA ET
 objecto.
 iographia
 pars Grammaticæ,
 discrimen, scriptu-
 & in Syllabas coi-
 nt scriptæ aut recitata
 era?
 rs vocis articula-
 vidua.
 era?
 C⁴ DEFGHI
 Z. † Ex quibu
 II.
 MINE LI-
 ur Litera?
 nantes.
 Vocales ?
 atinæ ? AEIOU
 quibus sunt oct
 Compo

DE ORTHOGRAPHIA. 3

Compositæ seu Diphthongi³, Æ, OE, AI, EI, OI, UI, AU, & EU. ut: *Cæsar, Cæna, Ajax, Eia, Troia, Hui, Aurum, Eurus.*

* *Quot sunt Consonantes?* 4

Septendecim, nimirum reliquæ literæ omnes præter Vocales. ut, B C D F G H K L M N P Q R S T X Z.

□ Sæpè etiam I & U s̄ fiunt Consonantes, quando videlicet Syllabam inchoant sequente Vocali, ut, *Ju-vo, Jo-vis.* Quæ modo scribendi, j & v, J & V, facile à Vocalibus i, u, I, U, discerni possunt; ut & appellatione, si *Jod* & *Vab* nominentur.

* *Quomodo dividuntur Consonantes?*

In Simplicibus & Duplicibus.

* *Quot sunt Consonantes Simplicibus?*

Quindecim. Octo Mutæ⁶, B C D G K P Q T: & Septem Semivocales⁷. Ex quibus quatuor L M N R, Liqvida⁸ dicuntur; Reliquæ tres, F H S, Spirantes⁹ sunt. † Fenim est flatus labialis: H Gutturalis: S Dentalis.

* *Quot sunt Duplices?* 10

Duæ, X & Z.

CAPUT III.
 DE SCRIPTURA LITERARUM, & quæ inde fiunt.

CAPUT IV.
 DE PRONUNCIATIONE Literarum.

Videantur in *ἑτοιμημένοι.*

A 2 CAPUT

4 DE ORTHOGRAPHIA.
CAPUT V.
DE LITERARUM IN SYLLABAS COITIONE.

* Quid est Syllaba?

Syllaba est comprehensio literarum, quæ uno spiritu ac tono efferuntur. ut: *Aeger, Oeneus, Dens, Constante*.

△ Quid si unica litera, v. g. Vocalis, uno spiritu ac tono profertur, *namque* in Syllaba nomen accipit, ut *e-o, e-a-mus*.

△ Quid duplex est Syllaba?

Syllaba proprie dicta, hoc est, in quam plures literæ coalescunt, vel tantum constat Vocalibus diversis: vel Vocalibus & Consonantibus simul.

△ Quid de Syllaba tantum ex Vocalibus diversis constante est notandum?

Syllaba tantum ex Vocalibus diversis constans, Diphthongus est. ut: *Aeger, Oeneus*.

△ Quid si duæ Vocales, Diphthongum aliàs constituentes concurrunt, & ad diversas Syllabas pertinent, punctis *diacriticis* signantur, ut: *Poeta, Poëta*.

△ Quid de Syllabis ex Vocalibus & Consonantibus notandum?

Modus Consonantes cum Vocalibus, & aliis Consonantibus connectendi.

□ Quid modo

DE ORTHO

□ Quid modo facti erroribus & aliis Consonantibus

jata sequentes Reg

I. Unica Conso

as Vocales posita in

firmiorem syllaban

nu. Divisione.

II. In dictione

copatis, una progre

men ut Vocalis præ

compositionem &

sequens non pertinet

ut ablatu, abradu

duo, amplius hanc.

si ad postpositum non est

diversa, regnum, ex a

non regnum, regnum.

III. Consonantes in

te mutari ad eandem

non, sed ad diversas.

non, si prope, Baeribus

IV. Quæcumque duæ,

sonantes in principio

possunt conjungi, illæ e

vultu compositione

abram, quia d

apru, quia d

hobanus, quia d

ellu, quia d

A

Syllaba?
prehensio litterarum
no effertur. ut
Constanter.

v. g. Vocalis, uno spiri-
tu; & Syllaba, no
a-vni.

Syllaba?
hoc est, in quam
vel tantum con-
vel Vocalibus &

ex Vocalibus diver-
otandum?

Vocalibus diver-
us est. ut: Aeger.

Diphthongum alia
nt, & ad diversas Sylli-
augere signantur, ut

atibus & Consonan-
dam?

s cum Vocalibus,
onnectendi.

□ Quomodo

DE ORTHOGRAPHIA. 5

□ Quomodo sunt ergo Consonantes cum Vocalibus & aliis Consonantibus connectendae?

Juxta sequentes Regulas.

I. Unica Consonans, media inter³ duas Vocales posita in Voce simplici, ad posteriorem Syllabam pertinet. ut: *Dorminus. Diximus.* 3.

II. In dictionibus Compositis & syncopatis, unaquaeque pars se jungitur, ita tamen ut Vocali praecedenti, ad quam extra compositionem & Syncopen Consonans sequens non pertinebat, ea non affricetur. 4.

⁴ ut: *ablatus, abirado, inseo, exico, perago, abigo, amphibena.* Non autem potest, ⁵ sed potest. Sic non *etiam*, sed *etiam*. Sic *agmen, tegmen, ex agmen, tegmen,* non *agmen, tegmen.* 5.

III. Consonantes immediate⁶ geminatae nunquam ad eandem Vocalem pertinent, sed ad diversas. ut: *ille, annus, verira, stuppa, Bacchus.* 6.

IV. Quaecunque duae, vel plures⁷ Consonantes in principio alicujus dictionis possunt conjungi; illae etiam in medio⁸ divelli extra compositionem non debent. ut, 7. 8.

Astrum, quia datur *Struma.*

aptus, quia datur *Pterelas.*

hebdoma, quia datur *Bdelium.*

aetus, quia datur *Ctesipho.*

A 3 omnis.

6 DE ORTHOGRAPHIA.

omnis, quia datur Mnemon
asterisimus, quia datur *Smaragdus*.

V. Liquida quamcunque consonantem
 præcedens, in eandem cum ea syllabam
 non coit. ut, *almus*, *sumptus*, *anste*,
anxius, *arste*.

Excipitur N post M. ut, *omnis*,
amnis ⁹ juxta Reg. 4.

Mutam autem sequens, ad Vocale[m] se-
 quentem cum ea pertinet. ut *astilas*, *teneo*
bre.

Nisi sit ex compositione. ut *abrado*,
ablatus, juxta Reg. 2.

VI. Nulla syllaba plures duabus Mutis
 habere potest ante Vocale[m]. ut: *asptus*,
optant, *opto*.

VII. Si tres Consonantes in medio con-
 currunt, & priores duæ in initio dictionis
 inveniuntur, non necesse est angere de tertia,
 quam semper oportet esse Liquidam, & pro-
 inde sequacissimam; vel H post C, P, aut
 T; vel V post Q. ut.

Ascra, etiamsi non daretur *Scribo*: ta-
 men quia *Scio* datur, Liquida R non relu-
 ctatur.

Asstima, *isstimus*, etiamsi à *stima* vel
stima, fortè nulla dictio inveniatur: quia ta-
 men datur *sthenelus*, vel saltem etiam *sto*;
 H & Liquida non reluctantur.

ischibyo-

DE ORTHO

ischibyphi, et
chobius: tamen qu
 utur, et est *ph*; H &
Passillus, etiam
 tamen V post Q oli
 rei propè liquele
 VIII. Nulla lat
 ce fungens definit
 Ideò scribendum,
 tum: sicut *Asce*
 IX. In Verbis in
 de deducuntur, V
 Consonans, sequent
 Vocis, sequente
 Voca, Voca, P
 Voca, Voca, V
 Caca, Caca, C
 Caca, Caca, C
 Hac refert de *As*
 quillante Vocale[m], syl
 quæ terminat ante Co
 velis, syllabam facit
 facta de quando in fine p
 ante, *as*: vel cum co
 liba aboluit. ut *as*
 XII. Ne quæ offendi
 mendum Græcorum. Si
 nam receperit, & in Lat
 terit.
 Iam de syllabam

ichthyophagi, etiamsi non daretur *ichthonius*: tamen quia CT connexa inveniuntur, *ctesipho*; H & H nihil impediunt.

Paisquillus, etiamsi non daretur *sqvama*; tamen V post Q olim planè quievit, hodiè verò propè liqvescit.

VIII. Nulla latina syllaba in G sua vice fungens desinit, sicut nec Græca in γ. Ideò scribendum, *augmen, tegmen*¹⁰, *negotium*¹¹: sicut λέλεγμα, ὄγδο.

10.
11.

IX. In Verbis in VO vel VEO & quæ inde deducuntur, V syllabam inchoat ut Consonans, sequente Vocali; terminat ut Vocalis¹², sequente Consonante. ut

12.

Volvo, Volvi, Volvere, Volvens, Volustum, Volusto, Volustus, Volustabrum, Casveo, Casvi, Casvere, Casvens, Cautum, Cauturus, Cautio, Cautela.

Huc refer & *Aiso, aisebam, aisis, aisit*: ubi I ante Vocale, syllabam & diphthongum terminat: ante Consonantem autem, vel sola, syllabam facit, ut *aisitis, aisite*; sicut & quando in fine ponitur sine consonante, *aisi*: vel cum consonante finali syllabam absolvit. ut *aisis, aisit*.

NOTA. Ne quem offendant exempla dictionum interdum Græcarum. Sunt enim in linguam Latinam recepta, & in Latinorum scriptis inveniuntur.

† *Quomodo à Syllabarum numero appellantur dictiones?*

A 4 Alia,

itur Mnemon
tur Smaragdus.
unqve consonantem
cum ea syllabam
sumptus, auve,
ost M. ut, omnin
ta Reg. 4.
ens, ad Vocale
net. ut *aislas, tenu*
tione. ut *abrado*,
Reg. 2.
es duabus Mutis
em. ut: *aspius*,
es in medio con
initio dictionis
stangi de tertia,
iquidam, & pro
H post C, P, aut
reetur *Scribo*: ta
vida R non relu
etiamsi à *Hm* vel
veniatur: quia ta
saltem etiam *Ho*
tantur.
ichthyo

8 DE ORTHOGRAPHIA.

Aliæ Monosyllabæ, quæ unica constant syllaba, ut, *Pes, Mons, Ver, Præ*: Aliæ Disyllabæ, quæ duabus, ut *Pater, Omnis, Amo*, Propter: Aliæ, Polysyllabæ, quæ pluribus quam duabus syllabis constant, quotcumque sanè: ut, *Dominus, amavissem. Conturbabantur Constantinopolitani innumerabilibus sollicitudinibus.*

CAPUT VI.
DE DISTINCTIONIBUS.

Videatur in *ἰστορικῶν*.

FINIS ORTHOGRAPHIÆ.

SECUNDA PARS.

PROSODIA.

□ Quoniam Prosodia non circa Syllabæ substantiam, quam Orthographia sibi vendicat, versatur; sed circa Syllabæ affectiones, quæ magna parte ex Etymologia & Syntaxi dependent, vel saltem judicande sunt: de tota hac parte postremo loco infra tractabimus; ubi & de Versuum ac Carminis ratione non nihil trademus. Intempestivum enim fuerit atque ineptum, hoc loco, & quasi in vestibulo Artis, Puerum in rebus remorari velle, de quibus etiam inter adultos & in arte provecios dubitari interdum videmus. Et frustra in judicandis affectionibus Vocum, hoc est, Tonis ac Temporibus, laborabunt, quæ originis illarum, & discrimina Casuum nondum perceperunt.

TER-

DE ETYM

TER

ETYM

CA

DE ETYM

Parib

Eymologia et
fingularum vocum
integre naturam

* Quibus Par

Obi: Nomen,

Participium, & Verbum

quædam, & Interjectivum

* Quædam dictionum

Quædam sunt Declin

Præteritum, Verbum, &

quæ sunt Indeclinabilia

Proprietate, Comparatio, &

* Habentur Latine

Latine sermo in un

quæ Germani vocant A

* Quædam

A

GRAPHIA.

qz unica conitant
Ver, Fra: Aliz Di
ut Pater, Omnis, Amo,
yllaba, qz pluribus
s conitant, quotun-
is, am, scilicet. Contar-
olucani innumerabili.

VI.
TIONIBUS.
GRAPHIE.

PARS.
DIA.

yllaba substantiam,
at, versatur; sed cir-
na parte ex Etymo-
saltem dijudicanda
io loco infra tracta-
arministratione non
en enim fuerit atqz
fessibulo Artu, Pue-
le qvibus etiam inter
bit, ari interdum vide-
ndis affictionibus fo-
ibus; laborabunt; qv
s Casuum non duntax

TER.

TERTIA PARS.
ETYMOLOGIA.
CAPUT I.
DE ETYMOLOGIA, ET
Partibus Orationis.

† Quid est Etymologia?
Etymologia est pars Grammatica, qz
singularum vocum seu Partium orationis
integre naturam 2 explicat.

- 1.
- 2.
- 3.

* Quot sunt Partes Orationis 3 Gram-
matica?

Octo: Nomen, Pronomen, Verbum,
Participium, Adverbium, Prepositio, Con-
junctio, & Interjectio.

† Quomodo dividuntur Partes Ora-
tionis?

Quatuor sunt Declinabiles, 4 ut Nomen,
Pronomen, Verbum, & Participium: Qua-
tuor sunt Indeclinabiles, 5 ut Adverbium,
Prepositio, Conjunctio, & Interjectio.

- 4.
- 5.

† Habentne Latini etiam Articulum?

Latinus sermo in universum caret Arti-
culis. Germani vero Articulos habent, ut
& Graeci 6.

- 6.

A 5 □ Est

7. □ Etsi ergò Latinum sermonem docentes, interdum utuntur in Declinando, & Generibus notandis, particulis 7 *Hic, Hæc, Hoc*, eorumq; Casibus: non tamen Articulum tradunt, quo in loquendo uti nos oporteat: sed tantùm notam qualemcunqve Generum & Casuum inde mutuatur.

CAPUT II.

DE ACCIDENTIBUS PARTIUM
Orationis.

† *Quotuplicia sunt Accidentia Partium
Orationis?*

Triplicia. Alia sunt Generalia, quæ omnibus aut saltem plerisque partibus orationis conveniunt, ut *Species, & Figura*: Alia sunt Specialiora, quæ tantum Declinabilibus competunt, ut, *Analogia, Anomalia, Numerus, & Persona*. Alia denique Specialissima, quæ certis tantum orationis partibus tribuuntur. □ ut *Genus Masculinum, Fem. &c. Nomini, & propter cognationem Pronomini & Participio. Genus Activum, Pass. &c. Verbo, & quatenus cum eo convenit, Participio. Declinatio & Casus Nomini, Pronomini & Participio: Modus, Verbo. Conjugatio & Tempus, Verbo & Participio.*

* *Quot*

* *Quot sunt*
Dux: Primus
h descendit. * *ut,*
Ad: *Exim.* & Der
unde originem
Amato, Sepulch
canda, &c.

Dux: simplex
significans quilibet
quit. * *ut, Datus,*
Ab: *Nom.* Et Con
pares significantes
perit. * *ut, Indu*
gens, ferans, Abq

△ *Quid est*
Et vocis cum co
viancia.

△ *Quid est*
Et vocis à comuni

△ *Quid est*
Et in voce, unius
conze.

* *Quot sunt*
Duo: Singularis.
factus. * *ut, Mag*
l'p' i q'ri plurim.
p'ne.

△ *Quid est*
Et rei significata

DE ETYMOLOGIA. II

* Quot sunt Species Vocum?

Duæ: Primitiva, † quum vox à nulla alia descendit. * ut, Bonus, Tu, Clamo, Sapè, Ad, Enim. & Derivata, † quum vox aliunde originem trahit. * ut, Bonitas, Tuus, Clamito, Sapiusculè, Circiter², Primò, Secundo, &c.

* Quot sunt Figura 3 Vocum?

Duæ: Simplex, † quum vox in partes significantes ejusdem originis dividi nequit. * ut: Doctus, Ego, Lego, Legens, Raro, Abs, Nam. Et Composita, † quum vox in partes significantes ejusdem originis dividi potest. * ut, Indoctus, Egomet, Perlego, Perlegens, Perraro, Absque, Namque.

△ Quid est Analogia? 7

Est vocis cum communi Regula convenientia.

△ Quid est Anomalia? 8

Est vocis à cõmuni Regula discrepantia.

△ Quid est Numerus? 9

Est in voce, unius à multis discretio, & contrà.

* Quot sunt Numeri? 10

Duo: Singularis, † qui est unius significativus. * ut, Magister, Ego, Lego. Et Pluralis¹⁰, † qui plurium. * ut Magistri, Nos, Legimus.

△ Quid est Persona? 11

Est rei significatæ sub ordine demonstratio,

* Quid

stratio, quæ Germanis fit per voces, *Sch/*
Du/Er/Wir/Ihr/Sie.

* *Quot sunt Personæ?*

11. Tres. Prima ¹ † quæ vocem de seipsa
effert. * *ut, Ego, Nos, Lego, Legimus. Ego*
Paulus mea manu scribo. Secunda † ad
quam vox dirigitur. * *ut, Tu, Vos, Legis, Le-*
gitis. Tu Petre sequere. Tertia † de qua
vox effertur. * *ut, Ille, Illi, Legit, Legunt.*
Agnus redemit oves.

□ Quatenus Persona quibusdam Adverbiis Loci
accidat, Cap. 4. de Pronom. num. 4. monebitur,
& Cap. 3. de Adverb. Loc.

Dereliquis Accidentibus suo loco disquiretur.

CAPUT III.

Δ IV. Hebraica⁷ in AS, habent in Accusativo usitatus AM; rarius & Poëtice magis AN, imitatione Græca. ut. *Messias, Messiam, Græcè μεσσιαν: Tobias, Tobiam: Satanas, Satanam.* In reliquis Casibus flectuntur ut Græca in AS. Sed in AM finita, per se Indclinabilia sunt. ut: *Adam, Abraham.* Si autem in AS Latine terminantur, in Genitivo & Dativo habent Æ, in Accusativo A M. ut: *Adas, Ade, Ade, Adam. Abraham, he, he, ham.*

† V. AS & ES, in Vocativo abjiciunt⁸ S. ut: *ô Anea, ô Anchise.*

Δ VI. Græca in ES, in Genitivo habent Æ: in E, habent ES: utraqve in Dativo⁹ Æ: in Accusativo EN¹⁰ vel EM: Vocativo & Ablativo E¹¹. ut *Anchises, æ, æ, en, e, e. Epitome, es, æ, en, e, e.*

In plurali, ut cætera Latina flectuntur, *æ, arum, is, as, e, is.*

* VII. Dativi & Ablativi plurales habent IS. ut, *Mensis, Epitomis.* Sed ABUS Fœminina habent, quæ his versiculis continentur:

Filia, Nata, Dea, Liberta, Equa, Mula, Dua, Ambe,

Adde Animam, atq. Asinam, Sociam, Servam, Dominamq.

7.

8.

9.

10.

11.

CAPUT XV.

DE DECLINATIONE

Secunda.

* *Quæ est Secunda Declinatio?*

Quæ habet in Genitivo I, in Dativo O. ut, Dominus, ni, no. Scamnum mni, mno.

† *Quomodo formatur Genitivus?*

1. I. Quæ US, UM, OS, aut ON finiunt, pares cum Nominativo syllabas habent, mutatis his terminationibus in I. ² ut, Dominus ni. templum, pli. Andros, dri; Ilion, Ilii. Excipe quæ in IUS formant, Unus, Illus, Nullus, Solus, Totus, Alius. *juxta Reg. 7. gen. Decl.*
- 2.

Attica in OS, O faciunt. *Androgeos, geo.*

II Quæ IR, UR, aut EUS finiunt, superant Nominativum syllabarum numero, ad IR & UR assumpto I; EUS verò in EI³ mutato. ut, Vir, Viri: Satur, Saturi: Orpheus, Orpei.

3. III. Quæ ER finiunt, præcedente Muta vel F; eorum Genitivi pares cum Nominativo syllabas habent, annexo I, & excluso E. ut, Liber, Libri. Cancer, cri. Evander, dri. Vaser, fri. Niger, gri: Aper, Apri, Magister, stri. ⁴ Præterquam quæ in IUS formant, Uter, Alter, Neuter, ⁵ *juxta Reg. 7. gen. Decl. cap. XIII.*
- 4.
- 5.

Excipe I. Liber, Liberi. pro Baccho: Liber Adjectivum; & plurale Liberi, orum. Item ⁶ Adulter, Gibber Adjectivum, Lacer, Presbyter, ⁷ Prosper, Sacer, eri. Et quod ex omni numero E in Obliquis producit, Celiber, beri. I. I. Composita

fita

fini Tero & Gero.

Anger, Corniger, etc.

Senopen² patiuntur

tina admittunt. ut.

C Dextri, Dextro: A

II. Quæ aliam

ER habent, I anne

sunt, ut, Tener, Te

Nofri: Puer, Pueri.

† *Quomodo formatur*

Genitivus

Omnium Dativus

Iam² in hoc ordine

ut, Gen. vi. vs. Orphe

Excipiuntur ea quæ

excipiuntur. Homini enim

Unus, unus, ni; Uter, uter

vo Olintra, ut, ab I

† *Quomodo formatur*

Genitivus

Anulativi terminatio

terminatio² Genitivus

Gen. rone: Orpheus, e

ut, unus. Græca recit

Olintra, Orpheus, etc.

dicitur: Androgeos, g

† *Quomodo formatur*

Genitivus

Liber, I & Alti

tina. Vocativi Liber

ut, Liber, I & Alti

D

XV.
 NATIONE

da.

Declination?

o I, in Dativo Oa

m nni. mto.

ur Genitivus?

aut ON finiunt, m

labas habent, mca

h I. ut, Dominu

llion, Ili. Excip

illu, Nullus, S

7. gen. Decl.

Androgeos, geo.

hauit, superan

numero, ad IR

h EI³ mutato. ut

heus, Orphei.

cedente Muta v

cum Nominativ

& excluso E. m

ander, dri. Vaso

Lagister, stri. Pra

nant, Uter, Alter

Decl. cap. XIII.

o Baccho. Liber ab

orum. Item⁵ Aduer, Presbyter, 7^o Pr

omni numero E n

r, veri. II. Compo

ita

sita à Fero & Gero. ut, *Lucifer, Falcifer, feri: Armiger, Corniger, gexi.* III. Quaedam etiam Syncopen³ patiuntur, & ita utramque formam admittunt. ut, *Dexter, Dexteri, Dextero, & Dextri, Dextro: Asser, Asseri, & Assri, &c.*

IV. Quæ aliam quàm Mutam vel F, ante ER habent, I annectunt, & ita Genitivis crescunt. ut, *Tener, Teneri: Gener, Generi: Miser, Miseri: Puer, Pueri.*

† Quomodo formatur Dativus & Ablativus Singularis?

O finiunt Dativi & Ablativi singulares, Latine⁹ in hoc ordine omnes. ut, *Dominus, ni, no: Gener, ri, rō: Orpheus, ei, eō.*

Excipiuntur ea quorum Genitivus in IUS exeunt. Horum enim Dativi in I fiunt, ut, *Unus, nius, ni: Uter, trius, tri.* Sed in Ablativo O retinent. ut, *ab Uno, ab Utro.*

† Quomodo formatur Accusativus Singularis?

Accusativi terminatio Latina UM est, ex terminatione¹⁰ Genitivi. ut, *Dominus, num: Generi, rum: Orphei, eum.*¹¹ *Unus, um: Uterius, trum.* Græca verò, ab EIUS, EA: ab OS, ON. ut, *Orpheus, ei, ea: Hac Ilios, ii, ion; Rhodos, di, don:*¹² *Androgeos, geo, geon.*

Quomodo formatur Vocativus Singularis?

* Lab R, † & Atticè in OS per o desinentibus, * Vocativi similes sunt Nominativis. ut, *ô Liber,¹³ ô Vir, ô Satur. † ô Androgeos.*

D 4

* II. ab

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14. * II. ab US † & OS per $\acute{\omicron}\mu\mu\eta\gamma\acute{\omicron}\nu$, * fit Vocativus per E. ¹⁴ ut *Dominus, ne: Cancellarius, rie: † Rhodos, de: Delos, le.* Sic *Evandrus, dre: Thymbrus, bre.*
15. * Excipiuntur, I, *Deus, ó Deus:* ¹⁵ *Filius, ó Fili:*
16. *Meus, ó Mi.* ¹⁶ II. Propria in IUS, quæ per I formant Vocativum, abjecto US. ut *Virgilius, Virgili.* ¹⁷ *Pompeius, ó Pompei* [tribus Syllabis]. Horatius tamen l. i. *epist.* 7. duabus Syllabis habet; *Durus, ait, Vultei nimis, attentusq, videris.*
18. * III. Ab ELIS fit Vocativus per EU, ⁸ ut, *Orpheus, ó eu.*
19. † IV. Græca ex OUS in US contracta, Vocativos in U ¹⁹ formant. ut, *Panthous, Panthus, ó Panthu.*

† *Quomodo formatur Nominativus & Vocativus Pluralis?*

20. Masculina & Fœminina per I: ²⁰ Neutra per A, Nominativos & Vocativos Plurales faciunt. ut: *Hi & ó Domini. He & ó Periodi. Hæc & ó Templæ.*

Anomala sunt, *Ambo & Duo.* Nota etiam *Dei & Dii, á Deus;* quod per Synæresin *Di* dicitur.

* *Quomodo formatur Genitivus Pluralis?*

In ORUM, per omnes terminationes omniaq; Genera. † *De Syncope in UM, vide supra Cap. 13. Reg. 6.*

* *Quomodo formatur Dativus & Ablativus Pluralis?*

In

In IS perpetuò Præter *Ambobus & Duobus*,
ab *Ambo & Duo*. Nota etiam *Deis & Diis*, à
Deus: † pro *quo & Dis* per Synaresin.

Quomodo formatur Accusativus Pluralis?

* Masculina & Feminina in OS: Neutra
in A. † Pro *Ambos, Duos*, invenitur etiam,
Ambo ²¹ & *Duo*.

CAPUT XVI.

DE DECLINATIONE

Tertia.

* Quæ est Tertia Declinatio?

Quæ habet in Genitivo IS. ut, *Pater, Pa-*
tris: Sacerdos, Sacerdotis. † Quod in origi-
ne Græcis Nominibus sæpè in OS tranfit. ut:
Pan, Panis, & Panos: Phorcynis, idis & idos.

□ Quomodo formatur Genitivus Sin-
gularis.

In hac Declinatione, quia Genitivus aliàs
numero syllabarum superat Nominativum;
aliàs eidem æqualis est: formationem Geniti-
vi in Regulas redigere paulò operosius est.
Sed commodè ex usu addisci illa varietas po-
test. Videantur tamen hac de re Regulæ se-
quentes.

□ A.

A assumit TIS. ut, *Poëma, Poëmätis*.

□ E.

E convertitur in IS. ut, *Mare, Maris; Cubi-*
le, Cubilis.

D 5

□ O

□ O.

O assumit NIS penultima producta. *ut, Ligo, gōnis; Regio, Unedo, Comedo, Nero, Cicero, Juno, nōnis.*

1. Excipe I. Gentilia, quæ corripuntur O. *ut, Macedo, Teuto, Saxo, ōnis.*

2. II. Fœminina in DO & GO, quæ O mutant in INIS, *ut, Alcedo, Imago, inis.* Hæc sequuntur quædam Masculina. *ut, Ordo, Cardio, Margo, Homo, Nemo, Turbo, Apollo, Cupido, inis.* Tendo habet Tendōnis & Tendānis, à Tendē.

3. 4. III. Hæc singularia: *Caro, Carnis; Anio, Anianis; Nerio, Nervēnis; ab Anien, Nerven.*

5. 6. IV. Græca Fœminina in ω, Genitivum more Græcorum in US faciunt; reliquos omnes Calus in O. *ut, Sappho, us, q, o, o, o.*

1.

□ C, D, I.

C, D, adjiciunt IS Nominativo, *ut, Alep, vel Halec, ecis; David, idis; quæquam peregrinum hoc etiam corripitur.* Excipitur, *Lac, Lactis.*

□ AL, OL.

2. AL & OL, adjiciunt IS Nominativo, *ut, Animal, ālis; Sol, Solis.* Sed *Sal, Sālis; Sicut & Peregrina, Annibal, Asdrubal, vālis.*

□ EL.

EL, addit LIS. *ut, Fel, Fellis; Mel, Mellis.* Peregrina tantum IS, *ut, Daniel, ēlis.*

□ IL, UL.

IL & UL, addunt IS Nominativo. *ut, Vigil,*

fil. Hic; Confal; u
tionem Nil d

AN, IN & YN
-v. ut, Pav, Pa
q, n, is.

EN mutatur
tion, in. Excipi
tam IS adje
Lien, eni.

II. Græc
Sic Trezor, Sire
mici,

OS, Nominativo
addunt I. Troia
ON, & MEDON, ut
mopon, Demico.

Typhon, Colophon, ō
firman habentia ut
gelus, Uralyem, Cha
debetur. Excipe, a

tion. Excipit ON
Hinn, Hero, Theron
habentia reliqua

Nic. I. Propria & P
len legem ante O
CIS, ut: quæ brevis

Mellin, Sōnis, Ori
phæ, Crovica, Pash
ant, Cronon, ōnis.

Vigil, ūlis; Consul, ūlis. Nihil³, quod per contractionem Nil dicitur, deficit.

□ AN, +IN, TN.

AN, IN^o & YN, adjiciunt IS Nominativo, — *v. ut, Pan, Paan, ānis; Delphin, ūnis; Phorcyn, ūnis.*

□ EN.

EN mutatur in INIS. *v. v. ut, Limen, Pellen, ūnis. Excipiuntur I. hæc Latina, quæ tantam IS adjiciunt Nominativo, — v. ut, Ren, Lien, ēnis.*

II. Græca, *ut, Splen, Splēnis; Lichen, ēnis. Sic Træzen, Siren, Attagen. At Phymen, Hymēnis.*

□ ON.

ON, Nominativo TIS vel IS adjiciunt. TIS addunt I. Propria in PHON, OON, LEON, & MEDON. *ut, Xenophon, Laocoon, Demophon, Demolcon, Laomedon, ontis. Excipe Typhon, Colophon, ūnis. II. Participiorum, formam habentia. ut, Horizon, Phaëthon, Phlegesthon, Ucalegon, Charon, ontis. Quò refertur & Acheron. Excipe, Æthon, Equus Solis, Æthōnis. Et quæ in ON & O simul desinunt: ut, Hieron, Hiero; Theron, rōnis.*

IS addunt reliqua in ON, & vel *v v*, vel *— v*. Nam I. Propria & Patronymica, quæ vocalem longam ante ON habent, corripunt ONIS, *v. v. quæ brevem, producunt, — v. ut, Machaon, ūnis; Orion, ūnis. Sic Aëleon, Amphion, Cronion, Paon. At Orion vel Oarion, ūnis; Cronion, ūnis.*

II. Ver-

ultima producta, *ut, Comedo, Nera, Cera,*

quæ corripunt *ūnis.*

GO, quæ O mutant *Imago, ūnis. Hæc lina, ut, Ordo, Caribō, Apollo, Capibō & Tendamis, a Ten*

Carnis; Anio, Anien; Nerien.

Genitivum meo, o, o.

nativo, — *v. ut, A*; *quæ quæquam pere*. Excipitur, Lac

Nominativo, — *v. Sed Sal, Sālis; Sic arubal, bālis.*

is; Mel, Mellis; Pe amiel, ūlis.

Nominativo. *v. v. ut, Vigil,*

3.

4.

5. 6.

7. 8.

9.

II. Verbalia, Gentilia, & Propria quæ de se Gentilia pariunt, corripiunt ONIS. ut, *Dæmon, Icon, Memnon, Lacedæmon, Amazon, Auson, Maon, ònis, Vascònes*. Item origine Comparativa, ut *Arion, ònis*. Excipiuntur tamen hinc quædam, *Lacon, ònis; Cydon, Nasamon*: Sic *Vestònes*: quæ Latinorum exemplo apud Poëtas produciuntur. III. Polysyllaba in EDON, & Fœminina in DON, quæ Græcis in fine Acuto notantur, u. u. ut, *Antbedon, ònis; Sarpedon, Sindon*. Præterea & hæc; *Canon, Pepon, Strymon*, & à $\chi\theta\acute{o}\nu$ composita. ut *Erisththon, ònis*. Reliqua penultimam pleraque produciunt. ut *Conon, Conònis; Damon, Pheдон, Zenon, Theon, Helicon, Citheron*.

Sed hæc & similia, partim ex usu, partim ex Græcis sunt cognoscenda.

□ AR.

- In AR, Nominativo IS adjiciunt, Masculina quidem, u. u. ut *Casar, Lar, ¹aris*: Præter *Nar fl. Nariis*. Neutra vero -u. ut, *Calcar, caris*. Præter *Nectar, aris, Jubar, Par, Bacchar aris*. Excipe, *Far, ²Farris; Epar, ³Epatis*.

□ ER.

ER quoque Nominativo IS addit, u. u. ut, *Agger, Mulier, eris; Gibber Substantivum, Gibberis*. Præter, *Iber, Iberis; Spinter, Spinteris*. Græca modo -u, modò u u habent, ut, *Ver, Veris; Crater, Crateris*. At *Aër, aëris, Æther, Ætheris*. Varietas hæc ex propria lingua dijudicanda est.

Excipi-

Excipe quæ E ante R abjiciunt:

I. Adjectiva in BER, CER, STER. ut, *Celeber, Celebris, Alacer, Alacris, Paluster, Palustris*. Præter *Uber, Uberis; Puber, Puberis; Impuber, Impuberis*.

4.

II, Substantiva in TER. ut, *Pater, Patris; Mater, Frater, Sequester, Accipiter, Iris*. Præter, *Later, Lateris; Iter, Itineris; Jupiter, Jovis*.

5.

6.

7.

III. *Imber, Imbris*. Item Numeralia Derivata in BER. ut, *September, October, November, December,bris*. Item Gentile *Insuber, Insubris*. Et *Mulciber, Mulcibris & Mulciberis, quod receptius est*. Sed tamen & in Secundam cadit, *Mulciberi, & bri*. Suprà Cap. 15. n. 6.

8.

□ IR, UR, & TR.

IR, UR, & YR, etiam IS adjiciunt Nominativo, ut, *Gadir, iris; Ligur, uris; Vultur, uris; Cicur, uris; Martyr, yris*. Sed *Fur, Furis*. U autem in O mutant hæc: *Ebur, Eboris; Femur, Femoris; Robur, Roboris; Jecur, Jecoris & Jecinoris, ab antiquo Jecinus*.

9.

10.

11.

□ OR.

OR etiam IS adjicit Nominativo, ut *Amor, Amoris; Doctior, Melior, Soror, Uxor, Concolor, toris*. Excipe, I. *Aegvor, Arbor, Marmor, Memor, oris*. Sed *Cor, Cordis* facit; *Ador, adoris & adoris*. II. Composita à Cor-

12.

pus

a, & Propria quæ de le
cipiunt ONIS. ut, *De
cedamon, Amazon, Au
s. Item origine Com
Excipiuntur tamen
nis; Cydon, Nolonem
norum exemplo apud
III. Polysyllaba in
in DON, quæ Graecis
u. ut, *Ambedonius
rea & hæc; Canon, &
composita. ut *Eni
multimam plecrag
onis: Daman, Pha
Cibaron.
artim ex usu, pæ
tenda.***

IS adjiciunt, Me
ar, Lar, aris; Præ
ero -u. ut, *Calcar
tubar, Pav, Baccha
s; Epav, Epatis.*

tivo IS addit, ut
Substantivum, Gi
; Spinter, Spinteris
u habent. ut, *Ver, V
er, aeris, Eiber, &
propria lingua dicitur
Exc*

pus & Decus. ut *Bicorpor, Bicorporis; Indecor, Indecoris.*

III. Græca Verbalia & Virorum nomina. ut, *Rhetor, Rhetoris; Hector, Hectoris; Castor, Castoris; Nestor, Nestoris.*

□ A S.

In A S Latina, abjecto S, & addito TIS, faciunt Genitivos, —v. ut *Ætas, Bonitas, Arpinas, Primas, Ætis.* Sed *Anas, Anatis.* Sic *Artocreas, Erysipelas, Ætis.*

Excipe, I. *As, Asis; Vas Vasis; Vas, Vasis; Mas, Maris.* II. *Fas & Nefas,* Neutra, quæ in Nominativo, Acc. & Voc. tantum inveniuntur; reliquis verò Casibus deficiunt.

III. Græca, quorum Masculina habent ANTIS, ut, *Pallas, Antis; Calchas, Adamas, Acragas, Atlas, Elephas, Gigas.* Fœminina verò & Patronymica habent ADIS, —v. ut *Pallas, Adis; Lampas, Ilias, Thestias, Troas.* Sic & Gentile, *Arcas, Arcadis.* Excipe Fœminina, *Acragas, Taras,* pro Urbibus, quæ etiam per AN-TIS flectuntur.

□ ES.

ES convertitur in IS. ut, *Nubes, Nubis; Apes, Apis; Pales, lis; Fames, Famis; Vates; Verres, Pubes, bis, Substant. & Adjectivum, & Impubes.* Sic in Græcis quæ Patronymicorum formam habent; Propriis Compositis; & Neutris. ut *Euripides, Thucydides, didis; Demosthenes, Hercules, Palamedes, Aristoteles; Hippomanes, Cacoethes.* Et quæ ex *εὐς* in ES transeunt. ut *Achilles, lis; Ulysses, sis.*

Excipe

Excipe Imparisyllaba, quorum

I. Alia mutant ES in IDIS. v. v. ut, *Præses, Idis; Obses, Reses, Deses; quæ sc. à Sede nascuntur.*

II. Alia in ITIS, v. v. quæ hisce Versiculis continentur.:

Ales, & Antistes, Cestres, Coclesq., Comesq.

Dives, Eques, Fomes, Gurges, cumq., Hospite,

Limes,

Merges, & hinc Miles, Palmes, Pedes, indeq,

Poples,

Adde Satelles, & hinc Sospes, Stripesq., Superstes

Et Termes, Trames, Tudes, addito Veles, Amesq.

III. Alia in ETIS. v. v. ut *Abies, Abietis; Aries, Paries, Hebes, Impes, Indiges, Interpres, Perpes, Præpes, Seges, Teges, & Teres.*

IV. Alia in ETIS. —v. ⁴ ut, *Locuples, etis; Quies, Inquies.* ⁶ Et Græca quædam, *Cres, Cretis; Lebes, Magnes, Tapes, Trapas, Rhamnes.*

At Propria Masculina habent IS & ETIS, —v. ut, *Chremes, Laches, Hermes, Dares, Manes, Thales, Eutyches, & similia.* Sed Etis usitatio est.

V. Alia in EDIS. v. v. ut, *Pes, Pedis; & quæ inde componuntur, Bipes, Tripes, Compes, Somipes, Loripes, & c.*

VI. Alia in EDIS. —v. ut, *Merces, Heres, edis.* Sic *Pras, Prædis.*

VII. Alia in ERIS. —v. ut, *Es, eris.*

VIII. Alia in ERIS. v. v. ut, *Ceres, Cereris.*

□ IS.

In IS, Genitivum Nominativo similem faciunt. ut, *Collis, Piscis, Panis, Avis, Apis, Febris,*

Excipe

4.
5. 6.

I.

2. *Febris, Strigilis, Semistis.* ²Sic *Pubis & Impubis*, quod tamen etiam *Pubes, Impubes.* Et quæ Græcè per os purum declinantur. ut, *Genesis, Hæresis, Neapolis*: quoniam etiam Græci casus Latine usurpentur, *Genescos, Hæresios, Neapolios*: vel *Genescos, Hæreseos, Neapoleos.* Quæ posterior forma Atticorum receptior est.

Excipe I. Gentilia Masculina per ITIS
—u. *Samnis, itis*: *Quiris, itis.* Sic & *Dius, Ditis*;
Lis, Litis. At *Charis, Charitis*; *Glis, Gliris*;
3. *Vis*,³ in plurali *Vires.*

- 4.5.6. II. Quædam in IDIS u. u. ut, *Cuspis, Casis, pro Galea.* ⁴*Cenebris, Lapis,* ⁵*Capis.* ⁶Sic multa Græca, in primis Patronymica, Gentilia fœminina, & pleraque Propria. ut, *Ægis, Fyxis, Aspis, Jaspis, Promuscis, Præbosis, Promulsis, Iris, Nereis, Chryseis, Sybaritis; Paris, Phalaris, Isis, Thetis.* At *Tigris, Tigridis & Tigris* facit; *Nesis insula, Nesidis.*

7. III. Quæ ab antiquis in ER⁷ veniunt, in ERIS, u. u. ut, *Pulvis, Pulveris; Cinis, Vomis, Cucumis.* ⁸

IV. Facta ex Græcis in eic, per ENTIS. ut, *Simois, Simoentis; Opois, Opoentis*; & contractè, *Opus, Opuntis.*

9. V. *Sanguis*,⁹ *Sanguinis*, peculiare est. Sed Compositum *Exanguis*, parissyllabum est.

VI. Græca, quæ in IS & IN desinunt, in INIS, —u. ut, *Salamis & min, minis; Delphis, & phin, phinis; Eleusis & sin, sinis.*

□ TS.

□ rs.

YS Græca terminatio est, & vel in YOS, ¹⁰ *uu*, transit. *ut*, *Erinnys*, *γ os. γι, γη, γ, γ*; *Carys*, *γ os*; *Tethys*, *γ os*. Vel in YDIS, *u u. ut Chlamys*, *Pelamys*, *γ dis*.

Vel in YNIS, *-v*, ut in *iiis*, quæ YS & YN simul desinunt. *ut*, *Phorcys* & *Phorcyn*, *γ nis*.

□ OS.

OS, S in RIS mutat, *-v. ut*, *Flos*, *Flōris*; *Ros*, *Rōris*; *Mos*, *Mōris*; *Os*, *ōris*, *Mund/Honos*, *ōris*; *Glas*, *Glōris*, ¹ *i. e. uxor Fratris*.

1

Excipiuntur I. hæc quæ S in TIS mutant, *-v. ut*, *Cōs*, *Cōtis*; *Dōs*, *Dōtis*; *Nepos*, *Sacerdos*.

At *Impos*, *Compos*, *pōtis*. Singularia sunt: *Bos*, *Bōris* ²; *Os*, *Ois*, *Bēn*. *Exos*, *Exōsis*; *Arbos*, *ōris*.

2.

II. Græca Neutra in OS breve, quæ Græcam declinationem ³ prorsus retinent. *ut*, *Chaos*, *Chaus*, *Chai*, & c. Sic *Argos*, *Melos*, *Cetos*.

3.

A *κέρας* composita, ⁴ S in TIS mutant. *-v. ut*, *Rhinoceros*, *Rhinocerōtis*; ⁵ *Monoceros*, *Ægoceros*. Sic & *Eros*, *Anteros*, *ōtis*.

4.

5.

Reliqua per IS purum declinantur. *-v. ut*, *Heros*, *ōis*. *Minos*, *ōis*. ⁶

6.

□ us.

US transit I. in ERIS, *v v*, in his viginti Nominibus:

E

Fœdus

- Fædus, Acus, Funus, cum Glomere, Munus, O-*
lus q̄;
- Inde Genus, Pondus, Rudus, Latus, Illeus, O-*
nus q̄;
1. *Et Scelus, & Sidus, Viscus, ¹ cum Vellere, Vul-*
nus :
2. 3. *Hinc Venus, ² atque Vetus, ³ per-ERIS for-*
mantur, Oplus q̄.
- II. In ORIS, -u, in Comparativis. ut, *Maius,*
Maiōris; Peius, Peiōris. Sequntur enim Ma-
sculina sua in OR. Sed *Plus* ⁴ facit *Pluris.*
4. III. In ORIS, u u, in his quindecim:
Dedecus, atque Decus, Facinus, cum Corpore,
Fænis,
Hinc Lepus, & Frigus, Pectus, Littus q̄, *Ne-*
mus q̄;
5. *Et Penus, & Pignus, ⁵ Tempus, cum Stercore,*
Tergus.
6. *Sed Pecus ⁶ ex sese Pecoris Pecudis* q̄ *relin-*
quit.
7. IV. In ODIS, u u, à π̄ς̄ composita. ⁷ ut,
Tripus, Oedipus, Antipus, pōdis.
- V. In UDIS, -u. ut, *Incus, Palus, Subscus,*
ūdis. Sic & duo in AUS, *Laus, Laudis; Fraus,*
Fraudis. Excipitur *Pecus, Pecūdis.*
- VI. In UIS. ut, *Grus, Gruis; Sus, Suis.*
8. VII. In UNTIS, Græca ex contractione ⁸ in
US desinentia. ut, *Trapezus, zuntis; Opus, un-*
tis; Rhamnus, untis; Sic *Hierichus, untis.*
- VIII. In URIS, -u, hæc Monosyllaba. ut,
Crus, Jus, Mus, Pus, Rus, & Tus, quibus addi-
to Tel-

u. Sed Ligu
gr
II. In UTIS, -u,
fius, Salus, Senectus,
Inuus, cūis.

I. Nomina in t
climatur, habent
us.

□
BS, & MS. In
Trāns; Cōspic; Cla
Scribis; arabis, arā
quod E. in I. mutat,
Puls, Plūs; & quod
Urbi, Urbis.

□ I. S.
IS, NS, RS, & de
minatione ut, Puls; Pul
Lencis, fons, pro parte
Arare, & uant, & man
Exce. I. q̄z pro T.
Glan; Juglan; Len
Sūis, fons, pro uo
fons. Incomposita à C
Vannidic.

I. ENS, EUNIS
fius, Inus, Adicent; In
bus, tubercis.

III. Topyus, H. affi
□
I. Interponit

ro Tellus. Sed Ligus, Liguris, ut & Ligur.

I X. In UTIS, -u, hæc quinque: Juventus, iutis; Salus, Senectus, Servitus, & Virtus. Sed Intercus, ciutis.

X. Nomina in EUS, quando in Tertia declinantur, habent EOS. Orpheus, eos; Tydeus, eos.

□ BS, MS.

BS, & MS, I interponunt, v v. ut: Trabs, Trabis; Chalybs, Chalybis; Scobs, Scobis; Scrabs, Scrobis; Arabs, Arabis; Hyems, Hyemis. Et quod E in I mutat, Celebs, Calibis. Præter Plebs, Plebis; & quod positione producitur, Urbs, Urbis.

□ LS, NS, RS.

LS, NS, RS, abjecto S. TIS apponunt Nominativo. ut, Puls, Pultis; Lens, pro legumine, Lentis; Frons, pro parte Capitis, Frontis; Aruns, Aruntis; Amans, Amantis; Sors, Sortis.

Excipe I. quæ pro T, D assumunt. ut, Glans, Glandis; Juglans; Lens, fœtus pedicularum, Dulsen. Frons, pro ramo viridi; Libripens, Nefrens. Et composita à Cor, Concors, Discors, Vecors, cordis.

I. IENS, EUNTIS habet, cum Compositis. Abiens, Adiens, Iniens, &c. Præter Ambiens, Ambientis.

III. Tiryns, H assumit, Tirynthi.

□ P S.

P S, I interponit, v v. ut Daps, Lapis, Opis,

E 2

3.

om Glomere, Manu
Radus, Latu, Mlu
iscus, cum Tellur
Vetus, per ERIS
plus
comparativis, ut
Seguntur enim
Plus facit Pluri
his quindecim:
Facinus, cum Cor
Pectus, Littus
Tempus, cum Sier
oris Pecudis
ræ composita
dodis
ncus, Palus, Sals
Latus, Laudis, Fra
Pecudis.
Gravis, Suis, Suis
æ ex contractione
ezus, zuntis; Opus
Hierichus, ientis
æc Monosyllaba
, & Tus, quibus ad
to T

ōpis, q. ab Ops : *Æthiops, Æthiōpis. Stips, Stipis.*

Exceptio I. Penultimas producant, -v,
Seps, Sēpis; Ægilops, Ægilōpis; Cyclops, Cercops,
Hydrops, Conops, Myops; & quæ Positione pro-
 ducuntur, *Stirps, Stipis.* II. EPS, IPIS facit,
 v. ut *Princeps, Principis; Forceps, Adeps.* Præ-
 ter *Auceps, Aucūpis, quod E in U mutat.* Sed à
 4. CAPUT composita, EPS⁴ in IPITIS, v. v. v. di-
 ducunt, ut, *Biceps, Bicīpitis; Anceps, Præcep-*
Triceps.

III. H assumunt, *Gryps, Gryphis; Cinyps,*
Cinyphis.

□ T.

T, UT in ITIS, v. v. mutat. ut, *Caput, Ca-*
pūtis; Sinciput, Occiput.

□ AX.

AX, X in CIS mutat in Latinis, -v. ut,
Audax, Audācis, Fornax, Limax, Pax. Præter
Fax, Fācis.

In Græcis autem v. v. ut, *Abax, Abācis;*
Climax, Corax, Nyctikorax, Colax, Dropax, Sty-
*rax, Smilax, Arctophylax.*¹ Præter *Thorax,*

1. *Thorācis; Thrax, Pheax, Syphax,*² *Aiax.* At
2. *Harpax,*³ *Harpāgis* facit. *Hylax, Hylactis;* &
3. ab *ἀναξ* Composita, *Astyanax, Demonax, Cal-*
tianax, actis.

□ EX.

- In EX monosyllaba, modò X in CIS mut-
 tant Genitivis. v. v. ut, *Nex, Nēcis;* Sic *Præcis,*
 ab inusitato *Præx.* At *Fex, Fēcis;* quod & *Fax*
 4. aliqui scribunt. Modò in GIS, -v. ut, *Rex,*⁴
Rēgis

Rēgis, Lex, Lēgis, Exlex, Exlēgis, illex, Ulēgis.
At *Grex, Grēgis*. Modò EX in ICIS, v. ut, *Di-*
ciis, Vicis, ab inusitatis *Dex, Vex*.

In EX plusquammonosyllaba, inter quæ
etiam sunt, à Facio, Specio inusitato, Plico,
& Lacio composita, EX in ICIS v. u. mu-
tant. ut, *Pumex, Pumicis; Silex, Sorex, Murex;*
Codex, Culex, Pulex, Pollex, Artifex, Carnifex,
Pontifex; Auspex, Aruspex, Extispex; Simplex,
Duplex, Supplex; Illex, Pellex &c.

Excipiuntur, *Remex, Remigis, Sapellex,*
*Supellestilis; Senex, Senis,*⁶ *Vibex, Vibicis; Ha-*
lex, Halēcis; Vervex, Myrmex, ēcis. At *Fœnifex,*
Resex, ēcis; Aquilex, Aquilēgis; Lelex, Lelegis.

□ IX.

In IX Adjectiva, Fœminina, & Verbalia,
faciunt ICIS — v. ut, *Felix, Felicis; Pernix, Cor-*
nix, Lodix, Vitrix, Struix &c. Sed v. u. *Pix,*
Picis; Filix, Larix, Salix, Appendix, Coxendix.
Strix verò *Strigis* facit: *Nix, Nivis.*⁷

In IX Masculina Substantiva, ICIS faci-
unt, v. u. ut, *Fornix, Fornicis.* Item Commune
*Natrix, icis,*⁸ *Varix, icis.*

Græcorum alia faciunt ICIS, — v. ut, *Phœ-*
*nix, Phœnicis; Spadix,*⁹ *Pristix, Perdix.*¹⁰ Alia
ICIS, v. u. ut, *Calix, Calicis; Cilix, Gentile; Hys-*
*tbrix, Hystbricis.*¹¹ *Chanix.* Alia per IGIS.
— v. ut, *Mastix,*¹² *Mastigis; Peregrinum Bitu-*
rix, Biturigis, ambiguum putatur.

□ TX.

YX mutatur in YGIS, v. u. ut, *Phryx, Phry-*
gis; Styx, Japyx, Oryx. At *Coccyx Coccygis.*

E 3

In

In YCIS, -v. ut, *Bombyx, Bombycis; Sandyx, Ceyx.*

In YCIS, v. ut, *Naryx, Narycis, Eryx. At Bebryx, Bebrycis.*

In YCHIS vel YCHOS. v. ut, *Onyx, Sardonyx, nychis, & nychos.*

□ OX.

OX transit in OCIS. -v. ut, *Vox, Vocis, Ferox, Velox, Celox. Excipe I. Praecox, ¹³ Praecocus; Cappadox, Cappadocis. II. Nox, Noctis; Pernox. III. Allobrox, Allobrogis.*

□ UX, AUX.

UX in UCIS transit. v. ut, *Nux, Nucis; Trux, Dux, Tradux, Redux. Volux, Vollucis, ¹⁴ propriū est. Excipe Conjux, Conjugis; Frux, ¹⁵ Frugis; Pollux, Pollucis; Lux, Lucis, Faux, Fautis.*

□ LX, NX, RX.

LX, NX, RX, X in CIS mutant. ut, *Calx, Calcis; Lanx, Lancis; Arx, Arcis &c. Exceptis Phalanx, Phalangis; Meninx, Sphinx, Syrinx, ingis; Lynx, Larynx, yngis.*

Hactenus de formatione Genitivi.

DE DATIVO SINGULARI.

† *Quomodo formatur Dativus Singularis Tertia?*

- I. Ex Genitivo in IS, S abjiciendo, & O, si in Graecis ante S fortè praecedat, in I mutando. ut, *Pater, Patris, Patri; Erinnyes, yos, yi.* Δ Si tamen

tamen Genitivus Græcus IOS vel EOS habet, tota illa terminatio in I contractum mutatur. ut, *Neapolis, lios, vel leos, li.*

Δ Græcorum Dativi apud Poëtas interdum corripuntur: ² Latini ubique I longum retinent.

DE ACCUSATIVO Singulari.

† Quomodo formatur Accusativus Singularis Tertiæ?

Ex IS Genitivi in EM mutato, in Masculinis & Fœmininis. ut, *Pater, tris, trem; Sacerdos, otis, otem; Arbor, oris, orem.*

Excipe, quæ

I. IM tantum faciunt: ¹ *Buris, Sitis, atque Charybdis,*

Tusis, Vis, Pelvis, Magadaris, ² *atque Mephitis,* ^{2.3.}

Præsepis, Cucumis, ⁴ *Raviscis, Sinapis, Amussis,* ^{4.}

Hinc Albis, Fabaris, Tiberis, ⁵ *Leucaspis & Opis,* ^{5.}

Tigriscis, Syrtiscis, ⁶ *& in IS residentia Græca.* ^{6.7.}

II. EM & IM faciunt sequentia, ⁸ sed diversimodè. Nam,

Sapius EM, Febris, Claviscis, & Navis,

Aqualis:

Sapius IM, Puppis, Turris, Restiscis, Securis.

Rara sunt, *Sementim, Strigilim.* Frequentiora,

Sementem, Strigilom.

Δ III. Græca in IS, purè declinata, habent

IN & IM. ut, *Charybdis, bdios, bdiu, & bdim.*

Sed impurè declinata, si Barytona sunt, habent

parisyllabicè IN & IM; imparisyllabicè in EM.

ut, *Paris, xin, rim, & ridem.* Si Oxytona, habent

IDA & IDEM. ut, *Tyrannus, ida, idam.*

E 4

IV. Græ-

Δ IV. Græca in YS, purè declinata, YN & YM habent: sed ferè YN frequentius. *ut, Tethys, Tethyn & Tethym; Halys, lyn, & lym.* Impurè, YD A, & YDEM. *ut, Cblamys, myda & mydem.*

Δ V. Græca Fœminina in O, habent Accusativum Nominativo similem. *ut, Sappho, Hanc Sappho.* Nisi per ONIS Genitivum flexerint. Tunc enim Regulam sequuntur. *ut, Dido, Didonis, Didonem.*

9. Δ VI. Reliquæ Græcorum terminationes, habent A, si & Græci habent, & EM. *ut, Hektor, ra, rem; Pæan, na, nem.* Sed à Pan, potius Pana, ⁹ in usu est. At Ganymedes, dem; Demosthenes, nem: Non Ganymeda, Demosthena.¹⁰

9.

10.

□ Chremem verò & Chremetem; Daren & Daretem, &c. priore terminatione ad Primam; posteriore ad Tertiam pertinent.

NOTA. In his, Latinè terminat M in Prima vel Tertia: Græcè, N in Prima; A in Tertia.

DE VOCATIVO SINGULARI.

† Quomodo formatur Vocativus Tertia?

Vocativus similis est Nominativo. *ut, Pater, ô Pater; Sol, Titan, Turris, Sacerdos, Hæc Pallas, Sappho.*

Δ Excipiuntur, quæ abjecto S, Vocativum for-

formant, I. Græca Propria in AS, per AN-
TIS. ut, *Hic Pallas, lantis, ô Palla; Calchas,*
chantis, ô Calcha. II. Quævis Barytona in
IS & YS. ut, *Mæris, ô Mæri; Tethys, ô Tethy.*
III. Oxytona Fœminina Propria, & Patro-
nymica in IS. ut, *Amaryllis, ô lli; Nereis, ô rei.*
IV. Quæcunqve Diphthongum ante S ha-
bent. ut, *Simois, ô moi; Tydeus, ô Tydeu; Mel-*
lampus, ô Melampu.

□ N O T A. I. O *Socrate, ô Chreme*, ad pri-
mam pertinent: In Tertia est, *ô Socrates, ô*
Chremes. II. *Achillê & Ulyssê*, Vocativi anti-
qui sunt, facti ex Græcis *Achilleu, Ulyssen*, litera
U abjecta.

DE ABLATIVO SIN- gulari.

† *Quomodo formatur Ablativus Singularis*
Tertia?

Ablativus regulariter per E fit, ex ter-
minatione Genitivi. ut, *Pater, tris, à tre; Sol,*
Solis, à Sole. Par, i. e. socius, Paris, à Pare. Pubes,
is, à Pube: Hec Pallas, adis, à Pallade: Hic Pal-
las, antis, à Pallante. Et hoc in omnibus Pro-
priis personam significantibus observatur. ut,
à Martiale, Juvenale, Folice, Clemente.

△ Græca Fœminina in O, & Neutra in
OS, faciunt O. ut, *Sappho, à Sappho: Chaos, à*
Cbao. Et Græca in YS purè declinata, S abji-
ciunt, ut, *Tethys, yos, à Tethy; Erinny, yos, ab*
Erinny. Sed aliqui malunt per E formare, *Te-*
thye, Erinnye, teste *Murmellio.*

E 5

† Sed

† Sed variant à Regula non pauca, quorum alia per I faciunt Ablativos; alia per I & E simul.

† Per I tantum faciunt Ablativos:

1. I. Neutra in E¹, AL, & AR; & Nomina Mensium in IS & ER desinentia. ut,
Mare, à Mari *Voëtigal, à gali.*
Calcar, à Calcarè *Par à Pari (Ein par.)*
Quintilis, à Quintili *September, à bri.*

2. Exceptis, *Far, Bacchar, Epar, Jubar, Nectar,*
 3. *à Farre, Bacchare, Epate, Jubare, Nettare.*

II. Adjectiva in IS, vel ER duarum terminationum, quorum Neutra in E desinunt. ut:

Fortis, te, à Forti, *Acer, cris, cre, ab Acri.*
Pubis, à Pubi *Impubis, ab Impubi.*

4. □ Perperam igitur ab Atheniense, Dresdensi, VVite-
 bergensi &c: Quam licentiam sibi Recentiores
 quidam immaturè sumpserunt; quum Propria
 non sint, sed Adjectiva Gentilia.

III. Quæcunqve Accusativum per IN vel IM tantum faciunt, ut,

Vis, Vim, à Vi. *Pelvis, im, à Pelvi.*
Sitis, tim, à ti. *Genesis, sin, à si.*

Adde his: *Mugilis, à Mugili, Canalis, à li;*
Strigilis, à li.

† Per E & I simul faciunt Ablativos:

5. † I. Adjectiva unius terminationis, ut, *Fel-*
lix, à lice & lici; Degener, à nere & neri; Ar-
pinas, ab ate & ati; Imperans, ab ante & anti.

6. △ Excipe I. Quæ I tantum desinunt, *Arti-*
fex, Memor, Vigil, Par, & gerade: ab *Artifici,*
Memo-

la non pauca, quoniam
 ativos; alia per I & I
 unt Ablativos:
 LL, & AR; & Nomina
 chinentia, ut,
 Voligal, a gali.
 Par a Pari (Cinnu)
 September, a bri
 Spar, Jubar, Nefare,
 Jubare, Nefare.
 vel ER duarum ter
 tra in E desinunt
 eris, ere, ab Acri.
 bis, ab Impubi.
 iense, Dredense, VV
 etiam sibi Recentior
 erunt; quum Propri
 entilia.
 cativum per IN ve
 vis, im, a Pelvi.
 esis, su, a si.
 lugili, Canalis, & d
 unt Ablativos:
 minationis, ut, A
 a nore & veri; ab
 ans, ab ante & anti
 trum desinunt, Ab
 gerade: ab Arripin
 Mem

Memori, Vigili, Pari, si Adjectivè sumantur.

II. Quæ tantum desinunt, Pauper, Bicornor, Tricornor, Inops, Compos, Impos, Hospes, Sospes, Senex; 7 a Paupere, Bicornore, Tricornore, Inope, Compote, Impote, Hospite, Sospite, Seno. Et a Pes Composita. ut, Bipes, Tripes; a Bipede, Tripede. Præter Quadrupes 8 a pede & pedi. Item Substantivè sumpta, Artifex, Vigil, Par pro Socio, a, Pontifex, Carnifex, & similia: ab Artifice, Vigile, Pare, Pontifice, Carnifice &c. Item Ablativi consequentiæ, 9 ut, Imperante Carolo, non anti.

† II. Comparativa 10 in OR, US. ut, Maior, Maius; a Maiore, & ri; Minor, nus; a nore & nori. Plus 11 Ablativo caret.

III. Vitrix, 12 Ultrix, adjectivè sumpta. Item hæc Substantiva, 13 Annis, Angvis, Avis, Cannabis, Civis, Classis, Finis, Fustis, Ignis, Imber. 14 Occiput, Ovis, Postis, Pugil, Vectis, Ungvis, Supellex, 15 Tridens. Sed tamen sæpius E quàm I habent.

IV. Quæ Accusativum per EM & IM simul formant. ut, Navis, vem & vim; a ve & vi.

V. Substantiva in IS, quæ Adjectivis similia sunt. ut, Edilis, Annalis, Natalis, Sodalis, Bipennis, Triremis, Quadriremis, Quingveremis, Familiaris, Popularis, Molaris, Novalis, Rivalis, & similia. Sed tamen sæpius I quàm E faciunt. Affinis, sæpius Affine: Rude & Volucris, tantum Rude & Volucra.

DE NOMINATIVO, ACCUSATIVO & Vocativo Plurali.

Quomo

7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.

† *Quomodo formantur Nominativus, Accusativus
& Vocativus Plurales?*

Nominativus, Accusativus, & Vocativus Plurales, in Masculinis & Fœmininis, IS Genitivi Singularis mutant in ES. *ut, Pater, tris, tres; Arbor, boris, bores.* In Neutris verò in A. *ut, Pectus, oris, ora; Cor, Cordis, Cœrda.*

Observandum hîc est:

† I. In IA exire ea, quorum Ablativi desinebant in I tantum; vel in I & E promiscuè. *ut, Mollis, à Mollis, Mollia; Audax, ace & aci, acia.* Præter *Vetus, Vetera, non Veteria.* Et Comparativa; *Meliora, Graviora, Plus, Plura* facit, & antiquè *Pluria.*¹ *Aplustre, stria & fra* format.

2. Δ II. Antiquam Diphthongum EI inveniri in Accusativis Masculinorū & Fœmininorum, quorum Genitivi sunt Nominativis similes. *ut, Omneis, Salubreis, Paneis.* Quò referuntur & *Imbreis, Decembreis, Palustreis, Complureis &c.* Aut quorum Nominativi in duas Consonantes desinunt. *ut, Ars, Pars, Arteis, Parteis.* Sic & in pluralibus tantum. *ut, Sardeis, Tralleis.*

Δ III. In Græcis Vocibus, Accusativi terminationem AS, u, esse. *ut, Titanās, Cyclopās, Craterās, Hebdomadās.* Sicut & Nominativus ac Vocativus in ES, in Græcis corripitur. *ut, Troës, Titanēs, &c.*

DE GE-

DE GENITIVO
Plurali.† *Quomodo formatur Genitivus Pluralis?*

A Nominativo Plurali, ES vel A in UM mutando. *ut, Patres, Patrum; Arbores, rum; Pauperes, Pauperum; Corpora, Corporum.* Græca tamen sæpe ON retinent. *ut, Epigrammaton.*

† Excipiuntur quæ in IUM desinunt; de quibus sequentes notentur ¹Regulæ.

I. In IUM desinunt omnia quorum Ablativi finiunt I, sive solum, sive I & E simul.

ut:

Utili, lium. Igni, ium; Amni, ium.

Locupleti, tium; ²Victrici, cium; ³Ancipiti, tium.

Excipiuntur Comparativa *ut, Maiorum, Meliorum.* Præter Plus, quod Plurium facit.

Item *Vetus, Veterum. Vigil, Per vigil, Celer, Congener, Degener, Uber, Memor, Bicorpor, Tricorpor, Dives, Quadrupes, Artifex; ⁴Supplex; ⁵Quibus adde Mugilis, & Strigilis.*

II. Quæ Nominativum duabus Consonantibus finiunt, Genitivis IUM faciunt. *ut.*

Animans, Animantium; Glans, Glandium.

Ars, Artium; Trabs, Trabium; Falx, Falcium.

Excipe, *Hyems, mium; Lynx, cum.* Et quæ BS aut PS desinunt plusquammonosyllaba. *ut, Arabs, bum; Cælebs, Princeps, Municeps, Manceps, Auceps, Forceps, Ethiops, Inops &c.*

III. Ubi pares Syllabæ in Nominativo

&c

I.

2.3.

4.5.

6.

& Genitivo sunt, Plurales Genitivi fiunt per IUM. ut,

Collis, lis, Collium; Nubes, bis, Nubium.

7. *Sequester, stris, Sequestrium; Caro, Carnis, Carnium.*

Excipe, *Vates, Vatum; Iuuenis, Canis, Panis, Pater, Mater, Frater, Accipiter, Senex, & Volucris Substantivum.* Varro tamen *Volucrum* facit.

IV. Faciunt IUM ea quæ in IS longum definiunt. ut, *Lis, Litium; Glis, Glirium; Dis, Quiris, Samnis.* Et quæ Pluraliter tantum dicuntur, *Vires, Virium; Manes, Fœces, Sales, Mœnia, Penates.* Præter, *Opes, Opum; Ambages, Proceres, Luceres, Caleres, Lemures, Calites, Primores.*

8.

9.

10.

V. Faciunt IUM & hæc Monosyllaba:
As, asium; Mas, Marium; Mus, Murium; Os, Osium; Cor, Cordium; Nix, Nivium; Nox, Noctium; Jus, Jurium. Faux, Faucium; Cos, Cotium; Dos, Dotium; Vas, Vadium.

Sed *Bos, Boum. Os, Oris,* Genitivo plurali caret. *Crux, Crucium & Crucum,* dici volunt.

II.

Δ NOTA. Multa horum Syncopen patiuntur, extruso I. ut, *Cælestum, 7. Æn. Arpinatum, Cic. l. 13. ep. 13. Mensum, apud Ovid: Regentum, Sapientum, Serpentum, Rudentum, Parentum, Prudentum, Apum, Locupletum, Bidentum, Sedum, Cic: pro Sestio; Adolescentum, Cohortum, Veientum, Quiritum, Penatum, Volucrum equorum, Ovid: Viridum donorum, Stat: & similia.*

Peculiare est, *Macedum* pro *Macedonum, Lucan.*

can. l. 10. pro quo Aliqui legunt rectiùs, *Mace-
tium*, pro *Macetarum*, ab ὁ μακέτης.

Abundant, *Fornax, acium, & cum; Palus,
dium & dura.*

Contrà quædam Epenthesi¹³ augentur, in-
terposita U. ut, *Alituum*, pro *Alitum*. 13.

† Denique notentur & Festorum nomina
antiqua, quæ duplices¹⁴ Genitivos habent; u-
num Regularem¹⁵ in IUM in Tertia; alterum
Irregularem in ORUM, in Secunda. ut, *Satur-
nalia, lium, & liorum; Bacchanalia, lium, & lior-
rum*. Sic formanda sunt & Recentia, *Martina-
lia, Catharinalia, &c.* 14.
15.

Hæc imitantur etiam¹⁶ *Sponsalia, Viridia,
Vestigalia*. 16.

DE DATIVO ET ABLA- tivo Plurali.

† *Quomodo formatur Dativus & Ablativus
Pluralis?*

Dativus & Ablativus Plurales, formantur
ex Dativo Singulari, addita terminatione
BUS, ut, *Patri, Patribus; Arbori, Arboribus*.

Anomala sunt, *Bos, Bovi, Bobus, & Bubus;*
*Sus, Sui, Suibus & Subus.*¹ 1.
2.

Græca in MA, geminos³ Dativos & Ablati-
vos⁴ habent. ut, *Pœma, matis, & matibus; Epi-
gramma, matis, & matibus*. Nec malè addideri-
mus & tertium Græcum, *Pœmâsi, Epigramma-
si*. Sicut aliàs tales casus Græci extant, *Dry-
asi, Hamadryasi*, licet ab alia terminatione
Nominativi, apud *Propertium*. 3.
4.

CAP.

CAPUT XVII.

DE DECLINATIONE

Quarta.

* *Quæ est Quarta Declinatio?*

Quarta Declinatio est, quæ habet in Genitivo US vel U. *ut, Fructus, huius Fructus; Cornu, Huius Cornu.*

1. *NOTA. In U desinentia, ¹ per totum Singularem sunt Indeclinabilia. ² *Juxta Verbum Alexandri: U non mutabis, donec plurale videbis.*

△ *Qui Casus peculiare quid habent?*

Genitivus & Dativus Singularis: Genitivus, Dativus, & Ablativus pluralis.

△ *Quid de Genitivo Singulari notandum?*

3. Genitivus Singularis, qui Communiter US finit, Veteribus per UIS³ fiebat. *ut, Terent: Heaut. 2. 3. Eius Annis causa. Sic Victuis, Graduis, & similia, apud Varronem. Aliquibus per I. ⁴ ut, Nihil tumulti, nihil ornati.*

△ *Quid de Dativo Singulari notandum?*

5. Dativus Singularis, qui in U exit, apud Poetas interdum in U longum⁵ contrahitur. *ut, Metu, pro Metui; Victu, pro Victui.*

△ *Quid de Genitivo Plurali notandum?*

Genitivus Pluralis interdum in U longum contrahitur. *ut, Curruum, pro Curruum.*

† *Quid de Dativo & Ablativo Plurali notandum?*

Alia

DE NOMINE.

Alia nomina U, alia I, ante BUS habent.

Nam

Arcus, Acus, 6 Portus, 7 Quercus, Ficus, Lacus, Artus, 6.7.

U retinent, Tribus adde, Specus, Verus, Pecus, 3, 8.

Sic etiam Partus, sic Quæstus 9. Cætera 10 9.10.
IBUS dant.

CAPUT XIIX.

DE QUINTA DECLINATIONE.

* *Quæ est Quinta Declinatio?*

Quinta Declinatio est, quæ in Genitivo & Dativo habet EI, † E producta in puris, correpta in impuris. * ut, *Species, Speciæ; Fides, Fidæ.* 1.

Δ *Qui Casus peculiare quid habent?*

Genitivus & Dativus Singularis; Genitivus, Dativus, & Ablativus pluralis.

Δ *Quid de Genitivo Singulari est notandum?*

Genitivus Singularis in EI, apud antiquos olim in ES, H, vel E definebat. ut, *Dies, huius Diei, Dies, Dii, & Die.*

1. *Georg. Libra, dies 2 somnig, pares ubi ferit erit horas* 2.

1. *Æn. Munera lætitiarumq; dii.* 3.

F

1. Met.

3. Met. Prima fide vocisq; rata tentamina sumpsit.

Vide Gell. l. 9. cap. 14.

△ Quid de Dativo Singulari est notandum?

Dativum quoque in EI, antiqui per E efferebant. ut,

Lucil. l. 7. Etati facieq; tua, pro faciei.

Horat. l. sat. 3. Prodidit commissa fide, pro fidei.

Ov. 6. Met. Tentataq; penè reliqui Tentamenta fide, pro fidei.

† Quid de Genitivo, Dativo & Ablativo plurali notandum?

Genitivus, Dativus, & Ablativus plurales, in Quinta desiderantur. præterquam in *A*ciis, *F*acies, *S*uperficies, *D*ies, *R*es, *S*pecies. ⁴

4. □ *S*pebus, & extat apud Victorem. *S*perum, improbatum.
5. *S*pes in Nominativo & Accusativo extat. *H*æ *s*pes, solum Nominativum & Vocativum habet.

□ Hactenus Analogiam Nominum proposuimus: quam Pueros animo complecti oportet, ut fingere ex propositis Paradigmatibus, omnium similium vocum Casus et Variationes possint. Superest igitur ut de Anomalia dicamus. Sunt enim nonnulla Nomina, in quibus usus Latine loquentium ab Analogia discedit.

CAPUT XIX.

DE INDECLINABILIBUS.

- Quotupliciter Nomina sunt Anomala?
Dupliciter; Privativè & Positivè.

Quo-

□ *Quomodo Privative?*

Quando Nomina, vel Casus quidem habent significatione, non autem eos discernunt terminatione; quæ dicuntur *ἀνάλυτα* seu *Indeclinabilia*: Vel terminatione quidem Casus discernunt; in quibusdam autem, aut altero Numero planè deficient; quæ dicuntur *ἐλλειπτικά* seu *Defectiva*.

□ *Quomodo Positive?*

Quando Nomina vel in plures & diversas Declinationes cadunt; quæ sunt *ἑτερόλυτα*: Vel Genus mutant, aut diversum afficiunt; quæ sunt *ἑτερογενή*; vel utroque modo afficiuntur; quæ sunt *πλεθολύμνα*, *Abundantia*.

† *Quæ Nomina sunt Indeclinabilia?*

In Singulari, Indeclinabilia sunt omnia Neutra Quarta in U: in plurali verò sunt integra.

Plurali tantum Indeclinabilia sunt Adjectiva hæc: *Tot, Totidem, Quot, Quotquot, Aliquot, Quocumque*. Item, Numeralia Cardinalia a *Quatuor ad Centum* inclusive. Item *Mille* Adjectivum, & *Sesqui*.

In utroque Numero Indeclinabilia sunt,

I. *Nequam*: Ut & *Frugi*, *Nauci*, *Nibili*, *Mancipi*. Eiusmodi, Cuiusmodi, Istiusmodi, Huiusmodi, & similia Adjective sumpta.

II. Hæc Substantiva *Pondo*, *Gummi*, *Sinapi*, *Stribi*, *Cepe*, *Gausapa*. Legitur tamen, *Gausapa*. Vide Cap. 24. in *ἑτερογενή*.

F 2

III. Voca-

de socij, rate unum
ell. l. 9. cap. 14.
Singulari est notandum
in El, antiqui per El
g. tua, pro facili
erit commissa fide, quæ
pene reliqui Tenent
Dativo & Ablativo plu-
randam?
& Ablativus plura-
r. praterquam in
Dies, Res, Species.
orem. Spem, impati-
Accul. extat. Ex ip-
Vocativum habet.
Nominum propositum
oportet, ut fingere et
in similitum vocam. Cap.
igitur ut de Anom-
la Nomina, in quibus
ia descendit.
T XIX.
DECLINA-
ous.
nina sunt Anomala?
ative & Positive.

3. Δ III. Vocabula materialiter posita, & Peregrina, quæ terminationem Latinam³ non habent. *ut, τὸ Caesar, τῆς Caesar, τῶς Caesar, &c. Jacob, Joseph, Judith, Jerusalem, Cherubim.*
4. Sic Nomina Literarum, ⁴*ut, Be, Ce, De, Ef, Ka, Zeth, Alpha, Beta, Gamma, Delta, Cappa, My, Ny, Rho; Aleph, Beth, Gimel, Samech, Resch.*

CAPUT XX.

DE DEFECTIVIS
Numero.

† Quotuplicia sunt Defectiva?

Duplicia : Numero & Casibus.

† Quæ sunt Defectiva Numero?

De his partim certæ dantur Regulæ; partim speciali recensione monetur.

† De Regulis de Defectivis Numero?

SINGULARIA tantum sunt:

1. I. Nomina Propria¹ quarumcunque rerum. *ut, Julius, Lucretia, Roma, Albis, Ægyptus, Bucephalus, Lycisca, Orcus.*
- II. Ætatum. *ut, Infantia, Pueritia, Adolescentia, Juventus, Senectus, Senecta, Senium.*
2. III. Metallorum.² *ut, Aurum, Argentum, Electrum, Æs, Cuprum, Stannum, Ferrum, Chalybs, Plumbum, Orichalcum.*
- IV. Mineralium. *ut, Sulfur, Nitrum, Antimonium, Stribi vel Stibium, Minium &c.* Sed Singulare integrum est quacunque significatione.

V. Vis

V. Virtutum.³ ut, *Pietas, Fides, Spes, Charitas, Prudentia, Justitia, Fortitudo, Temperantia, Sobrietas, Castitas, Veracitas, Pax, Amicitia, Humilitas, Eloqventia, &c.* 3.

VI. Vitiolorum.⁴ ut, *Impietas, Incredulitas, Desperatio, Invidia, Stultitia, Injustitia, Audacia, Temeritas, Intemperantia, Ebrietas, Luxus, Luxuria, Mendacitas, Tyrannis, Ira, Superbia, Stupiditas, &c.* 4.

VII. Liquidorum,⁵ aliarumq; rerum, quæ vel ad mensuram, vel ad pensum pertinent: Nisi diversa genera vel species intelligantur. ut, *Cerevisia, Lora, Oleum, Lac, Serum, Nectar, Mel, Mulsum, Promulsis, Garum, Muria vel Muries, Acetum, Vappa, Butyrum, Resina, Tus, Pix, Cera, Gluten, &c. Vinum, Integrum est utroque Numero.* 5.

VIII. Frumentorum,⁶ Leguminum, & Seminum. ut, *Far, Ador, Triticum, Hordeum, Avena, Siligo, Panicum, Milium, Ervum, Pisum, Vicia, Cicer, Oryza, Linum, Lens, Canabis, Lupinus, Anisum, Anethum, Cuminum, Papaver, Zizania, ioram, Plurale tantum est.* 6.

IX. Aromatum. ut, *Piper, Zinziber, Crocum, Saccharum, Cinnamomum.*

X. Herbarum.⁷ ut, *Cordum, Crocus, Ruta, Salvia, Hyssopus, Apium, Petroselinum, Fœnum.* Flores autem & Arborum fructus integrè declinantur. ut, *Viola, Lilium, Rosa; Pirum, Malum, Glans.* 7.

† PLURALIA⁸ tantum sunt: 8.

F 3 I.No

I. Nomina Ludorum & Fectorum. ut, Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia, Junonia, Theoxenia, Hyacinthia, Quingvatria, vel Quingvatrius, Bacchanalia, Lupercalia, Liberalia, Orgia, Mysteria, Saturnalia, Martinalia, Catharinalia, Epiphania, Natalitia, &c. Sic & Comititia. ⁹

9.

II. Tituli quorundam Librorum. ut, Biblia, Bucolica, Georgica, Halientica, Chronica.

10.

III. Numeralia Cardinalia & Distributiva. ¹⁰ ut, Duo, Tres, Quatuor, Quingve, Sex, &c. Singuli, Bivi, Terni, Quaterni, Deni, Centeni, Milleni, &c. Præter Unus, a, um, quod integrum est in utroque ¹¹ Numero.

11.

IV. Adjectiva quædam Neutra Substantivè usurpata. ut, Alta maris, Nostra, Vespera, Inania cæli, Nova, &c.

† Genam in specie sunt Defectiva Numero?

1.2.

† I. Masculina Singularia tantum:

Aër, ¹ Sol, ² Mundus, cum Vespere, Pontus, & Ether,

3. 4.

Sanguis, ³ Ras, ⁴ Muscus, cum Visco, Nemo, Pudorq;

5. 6.

Et Sopor, & Cestus, ⁵ Limus, Fimus, Hesperum⁶ abinde

7.

atq; alium reliquo conjunge Meridiem ⁷ a cervo.

□ *NOTA.* In his & sequentibus satius est usum consulere. Certo enim respectu, & pro re nata, interdum Singularia tantum dicta, etiam in Plurali usurpata inveniuntur: & contra, Pluralia tantum dicta, in Singulari.

Formi-

† II. Fœminina Singularia tantum:

Fama,¹ *Salus*, *Soboles*,² *Proles*, & *Gloria*,³ *Tellus*,^{1.2.3.}
Lux,⁴ *Cholera*, atque *Lues*, *Humus*, & *cum Pube*,^{4.}
Juventus,
Paupertas,⁵ *cum Profapia*,⁶ *Labes*,⁷ *Sitis*,⁸ 5.6.7.
Tatio,⁹ *item Requies*,⁹ *cum Indole*,¹⁰ *Tabe*, *Se-* 8.9.10.
nectus,
Adde Fames, *Bilis*,¹¹ *Fors*, *Pestis*,¹² *Plebs*,¹³ 11.12.13.
Strues,¹³

Et Rabies, *Sanis*, *Abus*,¹⁴ *Pituita*, *Supellex*.¹⁵ 14.15.

† III. Neutra Singularia tantum:

Ver, *Pelagus*,¹ *Senium*, *Sevum*, *Nibilum*,² 1.
Penum,³

Letum, *Iustitium*, *Fel*, *Cœnum*, *Vulgus*, & ² *Æ-* 2.
vum,

Fascinum, *itemq. Halec*,³ *Jubar*, & *Diluculum*,^{3.}
 & *Album*,

Adde Gelu, atque *Salum*, *Penus*,⁴ *inde Lutum*,^{4.}
 atque *Macellum*,

Sic Epar, *Viscum*, *Pus*,⁵ *Hilum*, *Ebur*, atque *BA-* 5.
ratrum,

Vervactum, *Fœnū*, *Sinum*, *Sic Manna*, *Solum*,⁶ 6.
Addito Cantandū, & *cuiusque Gerundia Verbi*.

† IV. Masculina Pluralia tantum:

Liberi,¹ & *Annales*,² *Natales*,³ atque *Penates*,^{1.2.3.}
Cancelli, *Canti*, *Fasti*, *Superi*, *Inferi*, & *Artus*,

Manes,⁴ & *Lemures*, *cum Calitibus*,⁵ *Primores*,⁵ 4.5.6.
Et cum Furibus,⁷ *Gemini*, *Menses*,⁸ *Pro-* 7.8.
ceres,⁹ 9.

Inde Pagillares,¹⁰ *Fasces*,¹¹ *quibus addito Lu-* 10.11.
dos,¹² 12.

F 4 Inde

Fœmi-

13. 14. *Inde Fori*,¹³ atque *Loci*,¹⁴ *Triplices*, cum *Cas-*
sibus,¹⁵ *Antes*,
 15. *Posteri*, item *Loculi*, *Maiores* atque *Minores*,
 16. *Et Propria*,¹⁶ ut *Gabii*, *Locri*, *Veij*, atque
Philippi,
 17. *Et Ramnes*,¹⁷ *Luceres*, *Tatienses*, *Codig-*
cilli.

His addi possunt, *Lumbi*, *Animi*, & *Spi-*
ritus, pro *Superbia*: *Nummi*, pro *Pecunia*: *Pan-*
ni, pro *vili veste*; *Pisces*, pro *signo caelesti*: *Fines*,
 pro *terminis*: *Odores*, pro *odoramentis*, & *fi-*
milia.

† V. *Fœminina pluralia tantum*:

1. 2. 3. *Antia*, & *Ambages*,¹ *Sortes*,² *Argutia*,³ &
 4. *Alpes*,⁴
 5. *Divitia*, *Bigæ*,⁵ *Clitelle*, *Apina*, *Tricæg*,⁶
 6. 7. 8. *Copia*,⁶ & *Excubie*, *Grates*, *Diræg*,⁷ *Plagæg*,⁸
 9. 10. 11. *Crates*,⁹ *Insidiæg*,¹⁰ *Facetia*,¹⁰ *Opesg*,¹⁰ *Foresg*,¹¹
 12. 13. *Feria*,¹² & *Exequia*, *Fauces*,¹³ *Valvæg*,¹³ *Mi-*
næg,¹³
 14. 15. *Litera*,¹⁴ & *Illecebra*,¹⁵ *Lactes*, *Nugæ*, atque
Tenebra,
 16. *Exuvia*, *Scopeg*,¹⁶ *Manubie*,¹⁶ *Quisquiliæg*,
Nundina, & *Inducia*, *Nona*, *Idus*, atque *Ca-*
lenda.
 17. *Nuptia*, & *Inferia*, *Cunæ*, *Therma*, atque *Se-*
cundæ,¹⁷
 18. 19. *Vires*,¹⁸ *Suppetiæg*,¹⁸ *Vigilia*,¹⁹ *Primitiæg*,¹⁹
 20. *Kelliqvæ*, *Phalera*,²⁰ *Partas*, *Præstigiæ*,²⁰ *Ha-*
 21. *benæ*,²¹
Tonsæ, *Tonsillæg*, *Parietina*, atque *Salina*,
Scala,

<i>Scale</i> , ²² <i>Aedes</i> , ²³ <i>Decima</i> , <i>Induvia</i> , ²⁴ <i>Officia</i> , ²⁴ & <i>Antea</i> ,	22.23. 24.
<i>Fortuna</i> , ²⁵ <i>Facultates</i> , ²⁵ <i>Minutia</i> , & <i>Ara</i> , ²⁵	25.
<i>Vindicta</i> , atque <i>Opere</i> , <i>Gerra</i> , <i>Prima</i> , ²⁶ & <i>Repetundarum</i> ,	26.
<i>Epiphora</i> , cum <i>Panticibus</i> , <i>Tumices</i> , ²⁷ <i>Nomina</i> , ²⁷	
<i>Thermopylae</i> , <i>Esquilia</i> , sic <i>Vergilia</i> , ²⁸ <i>Fala</i> , ²⁸	
Sic <i>Thebae</i> , <i>Patrae</i> , ²⁹ <i>Syracuse</i> , ²⁹ & <i>Athene</i> ,	
<i>Sardes</i> & <i>Tralles</i> , <i>Canna</i> , <i>Baia</i> , <i>Platea</i> , ³⁰	
<i>Gades</i> , ³¹ & similes, ²⁷ quarum pars maxima <i>Graia</i> .	27.

† VI. Neutra Pluralia tantum :

<i>Ilia</i> , cum <i>Rostris</i> , <i>Bellaria</i> , <i>Pascua</i> , ² & <i>Arma</i> ,	1. 2.]
<i>Extia</i> , <i>Parentalia</i> , ³ <i>Sponsalia</i> , <i>Munia</i> , <i>Iusta</i> ,	3.
<i>Mania</i> , cum <i>Flabris</i> , <i>Aetiva</i> , <i>Crepundia</i> , <i>Castra</i> , ⁴	4.
Et <i>Vinacea</i> , <i>Compita</i> , & <i>Incunabula</i> , ⁵ <i>Tempe</i> .	5.
<i>Cete</i> , <i>Lustra</i> , <i>Sata</i> , atque <i>Hyberna</i> , <i>Repotia</i> , <i>Tesqua</i> ,	
<i>Hinc Praecordia</i> , & <i>hinc Oblivia</i> , ⁶ & <i>Acta</i> , ⁷ <i>Stativa</i> ,	6. 7.
<i>Inde Cibaria</i> , tum <i>Parapherna</i> , <i>Pudenda</i> , <i>Vendenda</i> ,	
<i>Evangelia</i> , ⁸ <i>Congmenta</i> , & <i>Donaria</i> , <i>Tela</i> , ⁸	3. 8.
Sic <i>Palaria</i> , ⁹ Sic <i>Genitalia</i> , ¹⁰ Sic <i>Bona</i> , ⁹ <i>Transra</i> ,	9. 10.
Et <i>Multitia</i> , cum <i>Muliebribus</i> , & <i>Lamentis</i> ,	
<i>Inde Virilia</i> , <i>Naturalia</i> , ³ <i>Utensilia</i> adde,	3.
F 5	Hyber-

31. *Hybernalicia cum Franis, Prasegmina, Seta,*¹¹
 12 *Sic Artaxata, sic Femina,*¹² *Acroceraunia,*
Bactra,
Cum Propriis aliis, ut Gargara, Susa, Cythera,
Postremo Adversaria, & hinc Subsellia iun-
ge.

CAPUT XXI.

DE DEFECTIVIS
Casibus.

□ *Quæ sunt Defectiva Casibus?*

Defectiva Casibus sunt quadruplicia. Aut enim unicum tantum Casum in usu habent, & dicuntur *Monoptota*: aut duos, *Diptota*: aut Tres, *Triptota*: aut quatuor, *Tetraptota*. Quando verò in altero Numero sunt integra, aut vix uno & altero Casu excepto, in utroque; tunc Casus deficientes tantum indicantur: aut si in altero plures deficiunt, præter integrum Numerum, ut *Monoptota*, *Diptota* &c. censentur.

△ *De Monoptota?*

1. I. Nom. Sing. tantum, *Damnas*, *Semis*.
2. II. Gen. Sing. tantum, *Dicis*, *ab antiquo Dex.*² *Adoris*, *q. ab Adus*.
- III. Dat. Sing. tantum, *Despicatui*, *Divisui*, *Frustratui*, *Indutui*, *irrisus*, *Ludificatui*, *Ostentui*.

IV. Accus.

OMINE.

DE NOMINE.

IV. Accuf. Sing. tantum, *Bilicem, Trilicem, Virgil:*

V. Abl. Sing. tantum, *Affatu, Allegatu, Datu, Hortatu, Invitatu, Mandatu, Natu, Oratu, Peccatu, Relatu, Vocatu, Coactu, Objectu, Indultu, Elictu, Instinctu, Fretu, Inconsultu, Promptu, Concessu, Missu, Permissu, (Vall. i. 7.) Jussu, Injussu, Monitu, Admonitu, Libitu, Accitu, Accersitu.* □ Quæ quidem Grammatici hic recensere solent. Sed tamen & horum aliquorum alii quoque Casus inveniuntur. ut, *Vocatus in Accus. plur. Missus, Monitus, Precatus, &c.* de quibus usus consulendus. Δ Sic Ergo. Et quibus usi sunt antiqui, *Lucu, Diu, Noctu; pro Luce, Die, Nocte.* Item *Ingratus. Rite, pro Ritu, q. à Rites. Stat. l. 11. Theb.*

NOTANDA etiam sunt hæc Participia Præterita Passiva: *ut, Poto, Potus vel Potatus; in Compositione, Epoto, Epotus: Incono, nitus, natus: Frico, Fricus, Fricatus & Fricus: Inrepto, pitus & patus: Incubo, Incubatus; Veto, Vitus & Vetatus: Lavo, Lantus, & Lotus; in Compositione, Illotus, Elotus: Implico, Implicitus & Implicatus. Sed Applicatus & Complicatus, frequentiora sunt.*

Atque hæcenus de Partibus Declinabilibus egimus. Sequuntur Indeclinabiles.

DE PARTIBUS INDECLINABILIBUS IN Genere.

Videatur in Hypomnema.

DE

DE AD

CA
ADVERBI

& qv
* qv

Adverbium e
maut Passioni
efficitur. Dicitur
ratur valde.

* Sic
Tria: Species, S
addi potest & Co

CA
DE SPEC

* Sic
Duz: Primitiva a
& Derivata. ut, P

* Sic Adverbia
mi

Orz non aliunde

Par.

* Sic Adverbia
riva

Orz aliunde der
ut: Vesper; à Vespere

PARTICIPIO.

ficaturus, Crepaturus, In-
gnaturus, Vetaturus, In-
fricaturus, Innotaturus,
Adjuturus, Confuturus,
us, Praefuturus. Soli-
taturus; à Lava, Lota-
no, Domiturus.

etiam sunt hæc Partic-
ut, Poru, Potu, et alia
poro, Epotu: Inven-
Fricatus & Fricatu-
Incubo, Incubatus, In-
avo, Lautus, & In-
Elotus: Implico, In-
d Applicatus & Con-

tribus Declinabilibus
linabiles.

IS INDECLINABILI-
in Genere.
Hypomnemati.

DE ADVERBIO.

CAPUT I.

ADVERBIUM QUID SIT, & quæ ei accidant.

* Quid est Adverbium?

Adverbium est pars Orationis, quæ Actio-
nis aut Passionis circumstantiam una voce
effert. ut: *Dicit graviter*; *Venit mane*; *Verbe-
ratur valde*.

1. 2.
3. 4.
5.

† Quot accidunt Adverbio?

Tria: Species, Significatio, Figura; Quibus
addi potest & Comparatio.

CAPUT II.

DE SPECIEBUS ADVER- biorum.

* Quot sunt Species Adverbiorum?

Duæ: Primitiva. ut, *Cras*.
& Derivata. ut, *Vesper*, à *Vesper*.

* Quæ Adverbia sunt Primitiva, vel Pri-
mitivæ Speciei?

Quæ non aliunde nata sunt. ut, *Cras*, *Heri*,
Pax.

1.

† Quæ Adverbia sunt Derivata, seu De-
rivatæ Speciei?

Quæ aliunde derivantur vel formantur.
ut: *Vesper*, à *Vesper*; *Furtim*, à *Furtivus*; *Strictim*,
à *Strim-*

2.

3. à *Stringo*; *Homerice* ab *Homericus*; *Humanitus* & *Humaniter*; ³ ab *Humanus*.

† *Fiuntne & alia Partes Orationis interdum Adverbia?*

4. Sæpè etiam Nomina Gènere Neutra, ⁴ Adverbia fiunt. *ut, Recens natus, pro recenter seu nuper. Torvum videt, pro Torvè: Indomitum furit, pro Indomitè.*

5. Præterea etiam Præpositiones, quando sine Casibus ponuntur, ⁵ Adverbia fiunt. *Ut supra à diximus; Ut antè monuimus; Ut infra videbimus; Longo pòst tempore venit.* Sicut vice versa, Adverbia quando Casus asciscunt, Præpositionum naturam ⁶ induere videntur.

6.

† *A quibus Partibus - Orationis derivantur Adverbia?*

Ab omnibus, præter Conjunctionem & Interjectionem.

□ *Quomodo à Nomine derivantur Adverbia?*

Plerunquè à Casu in I, desinuntq;

Alia in E, præsertim ex Secunda Declinatione. *ut, Sobrius, Sobriè; Validus, Validè, & per Syncopen Valdè; Bellus, Bellè; Integer, Intègre, &c. Sed à Bonus, Bonè.*

- Alia in O. *ut, Vulgus, Vulgè; Sedulus, Sedulo;* ⁷ *Primus, Primò; Creber, Crebrò; Curriculam, Curriculo; Alius, Aliò; &c.*

Alia in A. *ut, Unus, Unà; Rectus, Rectà.*

Alia in TER, ex Secunda vel Tertia declinatione

DE A
natione. or: Alius
Folium? Vol
Pariter; Memor,
Ter, Ter, Audax
&c:

Alia in ITU
Oculus, Oculu
Caelum; Divinu
Alia in AS.
Alia in IS.

Alia in IM
mation; Passu
cia; Locatum;
ritus; Pars; Pa
Alia in UM

lum; Tactus Ta
Alia in ES
Sextus; Conam
tit, &c.

Singularia
ri; Lux; Loci;
Fors; Fortè; Sob
facile; Difficilè;
Inopare; Omnis;
tus Interdum; N
Alteris; Alteris
gna.

□ *Quomodo à*
Ab Hic sunt, Hic
Ab Ille, Illic, Iste
Istius
Ab Ille, Ille, Iste

Ab Ille, Ille, Iste
Ab Ille, Ille, Iste
Ab Ille, Ille, Iste

Ab Ille, Ille, Iste
Ab Ille, Ille, Iste
Ab Ille, Ille, Iste

Ab Ille, Ille, Iste
Ab Ille, Ille, Iste
Ab Ille, Ille, Iste

Ab Ille, Ille, Iste
Ab Ille, Ille, Iste
Ab Ille, Ille, Iste

Ab Ille, Ille, Iste
Ab Ille, Ille, Iste
Ab Ille, Ille, Iste

natione. ut: *Alius, Aliter; Largus, Largiter; Violentus, Violenter; Opulentus, Opulenter; Par, Pariter; Memor, Memoriter; Brevis, Breviter; Tres, Ter; Audax, Audacter; Sagax, Sagaciter; &c.*

Alia in ITUS v. ut, *Medulla, Medullitus; Oculus, Oculitus; Publicus, Publicitus; Cælum, Cælitus; Divinus, Divinitus; Radix, Radicitus, &c.*

Alia in AS. ut, *Fores, Foras; Alius, Alias.*

Alia in IS. ut, *Fores, Foris.*

Alia in IM. ut, *Furtū, Furtim; Summa, Summatim; Passus, Passim; Privatus, Privatim; Uncia, Unciatim; Provincia, Provinciatim; Vir, Viritim; Pars, Partim; Vices, Vicissim, &c.*

Alia in UM. ⁹ ut, *Primus, Primum; Solus, Solum; Tantus, Tantum; Plurimus, Plurimum, &c.*

Alia in IES. ut, *Quingque, Quingquies; Sex, Sexies; Centum, Centies; Mille, Milles; Tot, Toties, &c.*

Singularia sunt. *Alius, Alibi; ¹⁰ Vesper, Vesperis; Lux, Luci; Tempus, Tempori, vel Tempore; Fors, Forte; Sublimis, Sublime; Facilis, Facile, Difficilis, Difficile, Difficiliter, & Difficulter; Impurus, Impure; Omnis, Omnino; Dies, Diu, & Compositum Interdiu; Nox, Noctu; Obvius, Obviam; ¹¹ Alterni, Alternis; Gratus, Gratis; Ingratus, Ingratis.*

□ *Quomodo à Pronomine derivantur Adverbia?*
Ab Hic sunt, *Hic, Huc* [antiquè *Hoc*] *Hac, Hinc.*
Ab Ille, *Isthic, Isthuc* [antiquè *Isthoc*] *Isto, Isthac, Isthinc.*
Ab Ille; *Illic* [antiquè *Ille*] *Illuc, Illò, Illinc, Illuc.*

O 4 Ab

8.

9.

10.

11

Ab Is; Ibi, Eò;

12. A Qvis; *Qua, Qui, Quo.*

Ab Aliquis; *Alicubi.*¹²

A Meus & Tuus; *antiquè Meam, Tuam,*
Meines theils / deines theils.

□ *Quomodo à Verbo derivantur*
Adverbia?

Vel à Præsente, *Abundo, Abundè; Pera-*
gro, Peregrè; Propero, Properè; Mordco, Mord-
cus; Valeo, Vale, passim apud Plautum, &c.

13. Vel à Supino, maximè in IM desinen-
tia.¹³ *ut, Raptum, Raptim; Mistum, Mistim;*
Ductum, Ductim; Strictum, Strictim, &c.

□ *Quomodo à Participio derivantur*
Adverbia?

Sicut à Nomine, *ut, Simulatus, Simula-*
tè; Cogitatus, Cogitato; Meritus, Meritò; Titu-
bans, Titubanter, &c.

□ *Quomodo à se invicem derivantur*
Adverbia?

14. Per Comparisonem.¹⁴ *ut, Doctè, Doctius,*
Doctissimè: Bene, Melius, Optimè.

□ *Quomodo à Præpositione derivantur*
Adverbia?

15. *Intra, Intro; Ultra, Ultrò; Citra, Citrò; Re,*
Retro; In, Intus; Sub, Subtus; Intra, Intrinsic-
*cus;*¹⁵ *Extra, Extrinsecus.*

CAPUT III.

DE ADVERBIORUM SI- gnificatione.

Quot

* *Quot*

Significatio
ta sunt. □ Cu
peridere Puer,
significatione,
in actionibus u
litur, Quant
Affirmam Ca
* Sed
num, trigin
mus.

† *Quot*

Quintuplic
cum, Ad Loc
adduntur de l

NB. Præcep
dorum, Præ
Hic, Ibi, Illic,
cubi, Nacubi. N
Ubiq; Ubiquet
trinq; Ubiq; q
pian, Nostriam. N
egre, Superce, m
Sopra. Ista. Sub
Propter. Extra.
Adverbia sunt. Si
Horum om
Ubi? Quo?

* *Quot sunt Significationes Adverbiorum?*

Significationis Adverbiorum multa capita sunt. □ *Cuius tamen vim ita rectè poterit pervidere Puer, si cogitabit, illam varietatem significationis, ex varietate Circumstantiarum in actionibus nasci. Nam Locus, Tempus, Qualitas, Quantitas, Intensio, &c. nihil sunt, nisi Actionum Circumstantie.*

* Sed ex omni varietate significationum, triginta & unam præcipuè consideramus.

I. L O C I.

† *Quotuplicia sunt Adverbia Loci?*

Quintuplicia: In Loco, De Loco, Per Locum, Ad Locum, Versus Locum. △ Quibus adduntur & Indefinita.

* *De Adverbia in Loco.*

NB. Præceptores in numero exemplorum ediscendorum, Pueris sese accommodabunt.

Hic, Isthic, illic, ibi, Ibidem, Inibi, Alibi, Ubi, Alicubi, Necubi, Nuncubi, Sicubi, Ubiubi, Ubicunque, Ubiqve, Ubilibet, Ubivis, Utrobique, Undiqve, Utrinqve, Usquequaque, Passim, Intus, Foris, Usquam, Nusquam, Usqvam, Nusqvam, Longè, Peregrè, Superne, ¹ Inferne, Præstò, ² Subtus. Item, Suprà, Infra, Subter, Antè, Ponè, Post, Propè, Propter, ³ Extra, Iuxta, quum amissis Casibus Adverbia sunt. Sic Juxtim, Beyneben.

1. 2.

3.

Horum omnium Interrogativum est, *Ubi? Wo?*

O 5

Da

* *Da Adverbia De Loco.*

Hinc, Isthinc, Illinc, Inde, Indidem, Unde, Aliunde, Alicunde, Sicunde, Necunde, Undecunde, Undeliber, Undelicet, Undevis, Undique, Undecunqve, Undequaque, Utrinque, Eminus, Cominus, Intus, Foris, Peregrè, Intrinsecus, Forinsecus, Extrinsecus, Altrinsecus, Funditus, Radicitus, Stirpitus, Cœlitus, Divinitus, Antiquitus, Humanitus, Infernè, Supernè, Desuper, Usqve. Horum omnium Interrogativum est, *Unde? Woher? Von wannen?*

* *Da Adverbia Per Locum.*

Hac, Isthac, Illac, Aliqua, Qualibet, Quaque, Quacunqve, Nequa, Siqua, Eadem, Recta. Horum omnium Interrogativum est, *Quid? Wo durch?*

* *Da Adverbia ad Locum?*

4. *Huc, Isthuc, Illuc, Eo, Eodem, Isthò, Illò, Aliò, Quo, Aliquò, Nequò, Neutrò, Utròqve, Quoqve, Quocunqve, Quovis, Quolibet, Quopiam, Usqvam, Nusqvam, Intrò, Foràs, Peregrè, Longè, Ultrò, Citro, Usqve.* Horum omnium Interrogativum est, *Quo? Wohin? Wohinaus?*

* *Da Adverbia Versus Locum.*

5. *Horsum, Isthorsum, Illorsum, Aliorsum, Dextrorsum, Sinistrorsum, Levorsum, Introrsum, Extrorsum, Retrorsum, Rursum, Prorsum, Sarsum, Deorsum, Quorsum, Pessum versus, Sarsum versus, Deorsum versus, Quoqve versus, Quove versus, Introrsus, Extrorsus.* Huc pertinet etiam *Susque deq.* Horum omnium Interrogativum est, *Quorsum? Wohinwärts? Wo gegenwärts?*

Quid

△ Quid præterea de Localibus est obser-
vandum?

I. Sunt quædam, quæ pluribus significa-
tis Localibus conveniunt. Sic, *Peregrè*, In lo-
co, De loco & Ad locum significat. *Peregrè*
absūm. *Peregrè domum redeo*. *Peregrè abeo*.
Sic, *Infernè* & *Supernè*, In loco & De loco
significant. *Usquam*, *Nusquam*, *Longè*, In lo-
co, & Ad locum. *Intus*, *Foris*, In loco & De
loco, &c.

II. Loci Adverbia quædam, suo modo
sunt primæ personæ; *Hic*, *Hinc*, *Illic*, *Huc*, *Hor-
sum*. Quædam Secundæ: *Isthic*, *Isthinc*, *Isthaec*,
Isthuc, *Isto*, *Isthorsum*. Quædam Tertiæ: *Illic*,
Illinc, *Ullac*, *Ulluc*, *Ulld*, *Ullorsum*. Quædam inde-
terminatè omnium Personarum, ut Univer-
salia, v. g. *Ubiqve*, *Ubiqunqve*, *Undiqve*, *Unde-
cunqve*, *Quacunqve*, *Quocunqve*, *Quovover-
sum*; &c.

III. Nonnunquam Localia quædam Tem-
pus significant. ut: *Ibi*, pro *Tum*.⁶ *Ubi*, pro *Post-
quam*.⁷

□ IV. Inter Localia numerant aliqui eti-
am hæc.⁸ In loco, *Domi*, *Ruri*, *Humi*, *Belli*, *Mili-
tæ*. Et Propria, ut, *Athenis*, *Roma* &c. Ad lo-
cum, *Domum*, *Rus*, *Humum*. Et Propria, ut *A-
thenas*, *Romam*, &c. De loco, *Domo*, *Rure*, *Hu-
mo*. Et Propria, ut, *Athenis*, *Roma*, &c. Sed ma-
lunt pleriqve hæc inter Nomina relinqui, deq;
eorum constructione, ut de Nominum Syn-
taxi agunt.

△ De Adverbia Loci Indefinita?

Ex omnibus speciebus Adverbiorum Loci,
quædam

6.

7.

8.

qvædam Indefinita dantur. *ut, Procul, Longè, Præpe, Alibi, Alicubi, Ubiubi, Ubicunqve, Alicunde, Undelibet, Aliqua, Quacunqve, Aliquo, Quocunqve, Aliorsum, Quoqveversus, &c.*

II. TEMPORIS.

* *Quotuplicia sunt Adverbia Temporis?*

Duplicia. Qvædam significant speciem Temporis magis qvoad Terminum; qvorum Interrogativum est, *Quando?* Qvædam magis Durationem; qvorum Interrogativum est, *Quamdiu?* Δ Adduntur etiam Indefinita.

† *Quotuplicia sunt Adverbia, qvæ magis speciem Temporis qvoad Terminum significant?*

Triplicia: Alia Præsentis, alia Præteriti, alia Futuri Temporis.

† *Da Adverbia Præsentis Temporis.*

Hodie, Nunc, Iam, Modo, Jetztund / Impresentiæ, vor dieses mal.

I. † *Da Adverbia Præteriti Temporis.*

Heri, Dudum, Jamdudum, Jamdum, allbereitt / Pridem, Antea, Modo, Neulich / Nuper, Abhinc, Antebac, Adhuc, Pridie, Nudiustertius, Nudiusquartus, &c. Olim, Vorzeiten / Aliquando, Qvondam, Usqve.

† *Da Adverbia Futuri Temporis?*

Cras, Perendie, Postridie, Mox, Brevi, Deinde, Deinceps, Dehinc, Postea, Postbac, Olim, mit der zeit / Aliquando, Qvondam, Usqve.

† *Da Adverbia qvæ magis Durationem significant.*

Semper

Semper, Perpetuo, Usque, Aeternum, Aetatem, Diu, Lamdiu, Aliquandiu, Paulisper, Aliquantisper, Modicum, Pusillum.

Δ Da Adverbia Temporis Indefinita.

Aliquando, Bisweilen, Subinde, 3 Interdum, Quoad, Ungquam, Nunquam, Nondum, Confestim, Protenus, 4 Continuo, Extemplo, Statim, Cito, Aetutum, Repente, Semper, Usque, Raro, Mane, Vesper, Opportune, Tempestive, Tempori, Commodum, Quum, Quando, Si quando, Quandoque, Tum, Tunc, Modo, 5 Nunc, Paulisper, Aliquantisper, Donec, Donicum.

III. NUMERI.

* Da Adverbia Numeri.

Semel, Bis, Ter, Quater, Quingies, Sexies, Septies, Octies, Novies, Decies, Undecies, Duodecies, Tredecies, Quatuordecies, Quindicies, Sedecies & Sexdecies, Septendecies, Octodecies, Novendecies, Vicies vel Vigies, Vicies semel, Vicies bis, &c. Tricies, vel Trigies, Quadrages, Quingages, 1 Sexages, Septuages, Ologies & Octuages, Nonages, Centies, Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noncenties, Millies, 2 Millies millies, Toties, Quoties, Multoties, Aliquoties, Sape, 3 Raro, Rursus, Iterum, Tertium, 4 Quartum &c.

Horum Interrogativum est, Quoties? Wie oft?

IV. MA-

3.
4.
5.
I.
2.
3.
4.

antur. at, Procul, Longe
Abibi, Ubicunque, in
ora, Quocumque, Aliq
Quaquevis, &c.
EMPORIS.
Adverbia Temporis?
dam significant specu
id Terminum; quot
Quando? Quodam
m Interrogativum
er etiam Indefinita
ria, quae magis specia
Terminum fi-
nt?
resentis, alia Prae
entis Temporis.
Mode, Secundum
l.
eteriti, Tempori.
adum, Jamdudum, Al
do, Neulich, Nuper,
ridie, Nudius tertium
Vorzeiten, Alig
nturi Tempori?
ridie, Mox, Brevis
Postea, Postquam, Ali
Quondam, Usque
agus Durationem
Ant.

IV. MAGNITUDINIS.

* Longè, Latè, Breviter, Prolixè, Profundè, Cras-
sè, Altiè, Finitè, Infinitè, Indefinitè, &c. Horum
Interrogativum est, *Quantum?* vel *Quous-
que?* Wie weit? wie fern? wie lang? &c. pro
materia subjectæ ratione.

V. QUANTITATIS in Genere.

* Multum, Parum, Aliquantum, Modicum, Pu-
sillum, Nimum, Plurimum, Minimum, Parum,
Valdè, Quoad, Satis. Item, Brevi. Horum Inter-
rogativum est, *Quantum?* Wie viel? wie gros?
wie Seer?

1.

VI. QUALITATIS.¹

* Ita, Sic, Aliter, Secus, Pulchrè, Doctè, Fortiter,
Viriliter, Benè, Malè, Subitò, Omnino, Strictim,
Punctim, Casim, Raptim, Furtim, Tractim, Cali-
dè, Frigidè, Vicissim, Invicem, [i. e. per vices] Con-
trà [i. e. contrario modo] Susq; deq; [nisi Locali-
ter accipias] &c. *Qualiter,* *Qualitercunq;*
Utcunq;, *Qualiterq;* *Valiter*. Horum omni-
um Interrogativum est, *Quomodo?* Wie / wi-
cher gestalt?

2.

VII. SIMILITUDINIS.

* *Quasi,*² *Ceu,* *Sic,* *Ut,* *Uti,* *Sicut,* *Sicuti,* *Velut,* *Ve-
luti,* *Tanquã,* *Propè,* *Æquè,* *Prout,* *Perinde,* *Ac si,*
Præterpropter, *Quomodo,* *Quemadmodum,* *It-
em,* *Itidem,* *Ica.*³

3.

4.

VIII. INTENDENDI.⁴

* *Valdè,* *Prorsus,* *Nimum,* *Admodum,* *Omnino,*
Penitus, *Ades,* *Per* in compositione, *Perpulchrè*
Peropus, *Perquam,* *Sanequã,* *Nimisquam,* *Tam,*⁵
Co seer / Quam, *wie seer / Ut* admirativam, *Ma-
gnopere*

5.

gnoperè, Maximopere, Summopere, Tantopere, Quantopere, Vel, 7 Etiam. Huc pertinent 8 & 7.8. Penè, Propè, Propemodum, Ferè, Fermè, Tantum non, & similia. Item Maestè, 9 Efflictim, Impensè.

IX. REMITTENDI.

* Sensim, Paulatim, Pedetentim, Aegrè, Vix, Propè, Propemodum, Ferè, Fermè, Penè, Aliquantū, Quasi. Et Deminutiva, Paululum, Paulò, Parumper, Clanculum, Longiusculè, Meliusculè, Sapiusculè, Bellè, Tantumnon, Modonon, & c.

X. MINUENDI.

* Saltè, Minimum, At, Certè, Vel.

XI. COMPARANDI.

* Magis, Minus, Tam, Et wof, Quam, Als wof, Praecipuè, In primis, Praesertim, Tanquam, Aequè, Perinde, Proinde, Eo, Quo, Tanto, Quanto, Optime, Pessimè, Minime, Plurimum & c. Et omnia Adverbia, quæ collationem actionum significant, 1 sive Comparativi sive Superlativi formam habeant.

XII. ELEVANDI.

* Scilicet, 2 Nimirum, Videlicet, Susquedè, 3 2.3.

XIII. DUBITANDI.

* Forsan, Forsitan, Fortassis, Fortass, Fortassean, Fors, 4 Forsit, Utrum, An, Num, Necne, Ne. 4-

XIV. INTERROGANDI.

* † Horum alia quærunr de Existèntia, per quæstionem, An sit? Num? Nunquid? An? En? 1. Utrum? 2 Ne? & Nam? Enclitica: Sic Anne? 2. Nonne? Necne? Numnam?

Alia de Causa. Cur? 3 Quare? Quamobrem? 3. [Quare; & Quam ob rem] Quapropter? Quid? Quid-

Quidita? Curnon? Quidni?

Alia de Loco. *Ubi? Utrubi? Quo? Utro? Unde?*

Qua? Quorsum?

Alia de Tempore. *Quando? Quoad, Quousque? Quamdiu?*

Alia de Numero. *Quoties? [antiquis Quotiens?]*

Alia de Quantitate. *Quantum? Quantulum?*

Alia de Qualitate. *Quomodo? Qui? Qualiter?*

Alia de Intensione. *Quam? Quanto opere?*

ΔNOTA. Si non interrogant hæc Adverbia, tunc sunt aut Infinita: *ut, Nescio, ubi Frater sit. Videbo feceritne. Nescio quare fecerit. Nescio quo vadas. Dic quid sit. aut Relativa. Ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum.*

XV. AFFIRMANDI.

* *Ita, Etiam, Sic, Certè, Profectò, Verè,*

4. *Revera, Reapse, Omnino, Imò, ⁴ Quidni, Scilicet, Videlicet, Quippe, Nempe, ⁵ Nimirum,*
5. *Planè, Maximè, Ne, ⁶ Sanè, Quidem, Equidem.*

XVI. NEGANDI.

1. * *Haud, ¹ Non, Neque, Nequaquam, Haudquaquam, Minimè, Nullatenus, Neutiquam, Nihil, ² [pro Non.] Item, Ne, & Nec, ³ quæ pariter extenuant & negant. Item illa, quæ Linacer Adverbia Negate Solitudinis appellat. *ut: Non solum, Non tantum, Non modo, Nedum.**
2. 3.

XVII. DEMONSTRANDI.

1. 2. * *En, ¹ Ecce. Et Hem, ² interdum apud Comicos.*

XIIX, Ju-

* Na, Profectio
men. Et Ethnica
Veterum occurrit
Hircule, Hircule,
Ist, Mc-Dius Fidi

* Eia, Age,
Quin, Cedo.

* Uli, Uliman
XXI.

* Sa, Sades, S
XXIII.

* Na, Nequaquam
XXV.

* Qua, Quat
XXVII.

* Fracpe, imp
tius, Imo, Nege
XXIX.

* Solim, Tentum
tumoda, Sallim,
Fracu.

XXXII. Sa
TA

DE ADVERBIO.

225

XIIX. JURANDI.²

* *Na, Profecto, Vere, Certissime, Revera, Amen.* Et Ethnica illa, ⁴ quæ passim in Scriptis Veterum occurrunt. *ut, Pol, Aedepol, Acastor, Hercule, Hercle, MeHercle, MeHercles, MeCastor, MeDiusFidius.*

3.

4.

XIX. HORTANDI.⁵

* *Eia, Age, Agite, Agendum, Agitedum, Quin, Cedo.*

5.

6.

XX. OPTANDI.

* *Ut, Utinam, Si, Osi, O, Sic, Ita.*

7.8.

9.10.11.12.

XXI. CONDITIONIS.

* *Sis, Sodes, Sultis.*

XXII. CONCEDENDI.²

* *Sane, Sanequidem, Sic.*

1.

2.

XXIII. PROHIBENDI.

* *Ne, Nequaquam, Minime.*

XXIV. RESTRINGENDI.

* *Qua, Quatenus, Quoad.*

XXV. CORRIGENDI.

* *Imo, Quinimo, Potius, Magis, Verius.*

3.

XXVI. ELIGENDI.

* *Precipue, Imprimis, Presertim, Maxime, Potius, Imo, Magis.*

XXVII. EXCLUDENDI.

* *Solum, Tantum, Modo, Solimmodo, Tantummodo, Saltem, Duntaxat, Pax, Unice, Precise.*

4.

XXIIX. SEPARANDI & DIS-

TRIBUENDI.

P

* *Scorsum*

5. * *Seorsum*, ⁵ *Separatim*, *Privatim*, *Secreto*, *Divise*, *Divisim*, *Secus*, *Aliter*, *Sigillatim* vel *Singulatim*, *Bipartito*, *Bifariam*, *Trifariam*, *Quadrifariam*, *Multifariam*, *Onnisariam*, *Simpliciter*, *Dupliciter*, *Tripliciter*, *Multipliciter*, *Ostiatim*, *Viritim*.

XXIX. CONGREGANDI & COMITANDI.

6. * *Simul*, *Unà*, ⁶ *Pariter*, *Collectim*, *Summatim*, *Gregatim*.

XXX. ORDINIS.

- * *Primò*, *Secundò*, *Tertiò*, *Postremò*, *Ultimò*, *Deinde*, *Deinceps*, *Antea*, *Postea*, *Præterea*, *Denique*.

XXXI. EVENTUS.

7. * *Fortè*, *Fortuito*, *Forte fortuna*, *Casu*. ⁷ *Huc pertinent &*, *Frustra*, *Nequicquam*, *Invanum*, *Incassum*, *Certè*, *Exactè*, *Præcisè*, ⁸ *Adamussim*.
8. □ *Atque hæ sunt præcipuæ Adverbiorum Significationes, ad quas cætera omnia commodè referri possunt.* ⁹
- 9.

CAPUT IV.

DE FIGURA ADVERBIORUM.

* *Quot sunt Figure Adverbiorum?*

1. *Duæ*: ¹ *Simplex, ut, Prudenter, Diu.* & *Composita, ut, Imprudenter, Iamdiu.*

□ *Cum quibus Partibus componuntur Adverbia?*

I. *Cum*

ADVERBIO.

DE ADVERBIO.

I. Cum Nominibus. ut, *Dextrorsum, Sinistrorsum, i. e. Dextram, Sinistram versus; Actutum, ex Tum & Actu, auff frischer fact.*

II. Cum aliis Adverbiis. ut, *Quousque, Sicut, Tantummodo.*

III. Cum Præpositionibus. ut, *Fabrè, Afabrè, Infabrè, Perdiu, Interdiu, Inibi, Deinde, Perinde, Subinde, Adhuc, Abhinc, Dehinc, De repente, Quoad.*

IV. Cum Conjunctionibus, censente Prisciano. ut, *Sicubi, Necubi; Sicunde, Necunde, Siquando, Nequando, Nunquando.*

V. Cum syllabicis Adjectionibus. *Que, ut, Ubique, Undique, Quandoque. Nam, ut, Ubinam, Quoniam. Dem, Ibidem, Indidem. Vis, Ubivis, Quovis. Libet, Quolibet, Qualibet, Undelibet. Cunque, Ubicunque, Undecunque, Quandocunque, Utcunque. Cine, Huccine? Siccine?*

VI. Ex diversis partibus aliis. *Quamobrem, Quare, Quemadmodum, Obviam, Illicet, Scilicet, &c.*

CAPUT V.

DE COMPARATIONE ADVERBIORUM.

Qua Adverbia Comparantur?

*I. Orta à Nominibus Adjectivis Comparabilibus, Comparativum in US, Superlativum in ME formando. ut,

P a

Forti-

arationem, Privatam, Sen
us, Aliter, Sigillatim
Bisariam, Trisariam, Qu
ariam, Omnisariam, Sim
pliciter, Multipliciter
NGREGANDI & Co
ITANDI.
Pariter, Collectim, In
ORDINE.
Tertio, Postremo, In
utca, Postea, Præter
EVENTUS.
orte fortuna, Cæsi
Negligentiam, In
te, Præcise, Ad
præcipuè Adver
quas cætera omni
t.
UT IV.
RA ADVER
orum.
gura Adverborum
Prudenter, Dis
Imprudenter, In
Partibus componant
Adverbia?

	<i>Fortiter</i>	<i>Fortius</i>	<i>Fortissimè.</i>
	<i>Doctè</i>	<i>Doctius</i>	<i>Doctissimè.</i>
	<i>Benè</i>	<i>Meliùs</i>	<i>Optimè.</i>
	<i>Malè</i>	<i>Peius</i>	<i>Pessimè.</i>
	<i>Parum</i>	<i>Minus</i>	<i>Minimè.²</i>
2.	<i>Penitus³</i>	<i>Penitius</i>	<i>Penitissimè</i>
3.	_____	<i>Magis</i>	<i>Maximè.</i>
	_____	<i>Ocius</i>	<i>Ocissimè.</i>
	<i>Nuper</i>	<i>Nuperius</i>	<i>Nuperrimè.</i>
	<i>Validè</i>	<i>Validius</i>	<i>Validissimè.</i>
	<i>per Sync. Valdè, Valdiùs</i>		_____
	<i>Serò</i>	<i>Serius.</i>	_____

Et quod à Substantivo *Tempus* descendit,

4.	<i>Tempori</i>	<i>Temporius⁴</i>	_____
----	----------------	------------------------------	-------

† II. Qvædam etiam à Nominibus non derivata, sed Primitiva. *ut:*

	<i>Sapè</i>	<i>Sapius</i>	<i>Sapissimè.</i>
	<i>Diu</i>	<i>Diutius</i>	<i>Diutissimè.</i>
5.	<i>Propè⁵</i>	<i>Propius</i>	<i>Proximè.</i>
	<i>Penè</i>	_____	<i>Penissimè.</i>
	<i>Satis</i>	<i>Satius</i>	_____
	<i>Secus</i>	<i>Secius</i>	_____

DE

DE P

QUID

Prepo-
dum ut Arri-
quod aliquan-
cat. ut, Sum-
tur ad.² Musa-

* Q
Duplices:
biles.

DE PR

* Q
Qvæ separa-
quid significant

* Q
Trifariam:
qvædam Ablati-
sum.

DE PRÆPOSITIONE.

CAPUT I.

QVOD PRÆPOSITIO, & Quotuplex.

* Quid est Præpositio? 1

Præpositio est pars Orationis, propemodum ut Articulus Verbo Nomen adjungens, quod aliquam facti circumstantiam significat. *ut, Sum in Schola. Venio è templo. Non datur ad² Musas currere lata via.*

* Quotuplices sunt Præpositiones?

Duplices: aliæ Separabiles, aliæ Inseparabiles.

CAPUT II.

DE PRÆPOSITIONIBUS Separabilibus.

* Quæ Præpositiones sunt Separabiles?

Quæ Separatim extra Compositionem aliquid significant. *ut, Ad, Apud, A, Ab, De, &c.*

* Quomodo dividuntur Separabiles?

Trifariam: Quædam regunt Accusativum; quædam Ablativum; quædam utrumque Casum.

P 3

Quot

* Quot Præpositiones Separabiles regunt
Accusativum?

1. Triginta. ¹ *Ad, Apud, Ante, Adversus vel Adversum, Cis, Citra, Circum, Circa, Circiter, Contra, Erga, Extra, Inter, Intra, Infra, Juxta, Ob, Penes, Per, Ponè, Post, Præter, Prope, Propter, Secundum, Secus, Supra, Trans, Versus, Ultra*

* Quot Præpositiones Separabiles regunt
Ablativum?

2. Septendecim. ² *A, Ab, Abs, Absque, Cum, Clam, Coram, De, E, Ex, Pro, Præ, Palam, Procul, Simul, Sine, Tenus.*

* Quot Præpositiones Separabiles regunt
utrumque Casum?

3. Quatuor: ³ *In, Sub, Super, & Subter.*

† Quid de Præpositionibus Separabilibus in genere est notandum?

- I. Quando Præpositiones amittunt Casus, aut cum aliis Præpositionibus sine casu junguntur, fiunt Adverbia. ⁴ *ut, Multis post seculis. Eorum vitam ac mortem juxta aestimo. Salust. Non seges est infra, non vinea culta, Tibull. Ad meridiem versus. Procul à Jove.*

- II. Significationis Præpositionum mirarietas est, ⁵ etiam cum iisdem Casibus: quæ usu legendi & scribendi, potius quàm Regulis, addiscenda est.

III. Præpositiones in Compositis plerumque suam significationem retinent. *ut, Nob-*

ut, Antecedo, P
mari, Detrabo, Ex
ut, Superstans, Su

IN, cum No
composita, Pr
sua, Iniquus, In
Infandus. C

ut, Infringo, v
Infractus, i
PER, aug

ut, Percharus, i
etiam privat. u

Retinevit Clau
hat. Perjurus.
SUB, minus

Subideo.
DE & EX,
nem. ut, Deam

elamo, Exaggero
mens, Depone, i
cum Verbis inte
personam signif

C.

DE PRÆ
I

* Quæ Præpo
Quæ tantum in

eo, Antecedo, Perſpicio, Tranſeo, Avius, Amens, Detrabo, Exhaurio, Ingredior, Inſum, Subeo, Superſtruo, Subterfugio.

△ Sed

IN, cum Nominibus aut Participiis per ſe composita, Privationem ſignificat. ut, Iniuſtus, Iniquus, Indoctus, Intemeratus, Inburnatus, Infandus. Cum Verbis interdum intendit, ut, Infringo, valdè Frango. Hinc Participium Infractus, i. e. valdè fractus.

6.

PER, 7 auget Compositionem Simplificis. ut, Percharus, Pervigil, Perfero. Interdum etiam privat. ut, Perfidus, qui eſt ſine fide. Der Treue und Glaube durch den Bauch geſtochen hat. Perjurus, qui eſt ſine juramento & jure.

7.

SUB, minuit ſignificationem. ut, Subriſtia, Subrideo.

DE & EX, interdum auget ſignificationem. ut, Deamo, i. e. valdè amo; Demiror, Exclamo, Exaggero. Interdum privant. ut, Demens, Depono, Exos, Exangvis. DE quoque cum Verbis interdum motum ad locum vel perſonam ſignificat. ut, Defero, Deduco.

CAPUT III.

DE PRÆPOSITIONIBUS

Inſeparabilibus.

* Quæ Præpoſitiones ſunt Inſeparabiles ?

Quæ tantum in Compoſitione reperiuntur;

P 4

extra

extra Compositionem verò nihil significant. Suntq; * Septem: *An vel Am, Di vel Dis, Ne, Re, Se, Ve, Con.*

† Quid significant hæ Præpositiones in Compositione?

1. AN, ¹ olim Separabilis erat, & significabat Circum. *An terminum, pro Circum terminum.* [*Cato in origin. Orat: apud Macrob. I. Sat. 14.*] atq; inde *Anus & Annulus* [*eidem Catoni ibidem*] deducitur. Sic *Anfractus, Ancisus, Anquiro.*
2. 3. Ante Labiales ² literas, N transit in M, ³ *Amputo.* Interdum & B ⁴ inferitur sequente vocali. *Ambio, Ambedo, Ambarvalia.* Quæ tamen potius sunt ex antiqua Præpositione *Ambe.*
5. DI vel DIS ⁵ notat divisionem in duas vel etiam plures partes. *ut, Disseco, Diffindo, Dirumpo, Dispicio.* Interdum privat. *ut, Difficilis, Diffido.*
6. NE, ⁶ significat privationem. *ut, Nefas, Nefastus, Nefrens.*
RE, significat Rursus. *ut, Rélego.* Vel Retorsum, *ut, Respicio.*
SE, notat Scorsum. *ut, Secedo.* Interdum privandi vim habet. *ut, Securus, i. e. sine curis. Secors, quod & Socors, i. e. sine corde seu prudentia, der kein Herz oder Verstandt im Leibe hat.*
VE, significat Privationem. *ut, Vecors, sine corde & prudentia. Vesanus, i. e. sine sanitate.*

rate, heillose. *Vegrandis, i. e. parum grandis, & per consequens Parvus. Vejovis, i. e. impotens Jupiter. Gell lib. 5. cap. 12. Ovid. lib. 3. Fast.*

CON, notat Cum vel Simul. ut, *Conjungo, Connecto, Compono, Comburo.* Nonnunquam Contra. ut, *Contendo.* Antè Vocalem amittit N, ut *Coalesco, Cœo, Coincido, Cooperio.*

7.

CAPUT IV.

DE PRÆPOSITIONUM
quarundam Derivatione & Com-
positione.

Δ *Suntne omnes Præpositiones Primitivæ, an quædam etiam Derivatæ?*

Sunt quædam Præpositiones Derivatæ, Vel à Nominibus. ut, *Circa, Circum, Circiter, à Circus; Secundum, à Secundus.*

Vel à Verbis. ut, *Adversus, Adversum, ex Adversor.*

Vel à Seipsis. ut, *Extra, ab Ex; Intra, ab In.*

Vel ab Adverbiis, aut Præpositionibus Græcis. ut, *Di vel Dis, ex δις vel δύς; i, pro γ. An, ex ἄν, pro ἀνά; Ambe in Compositione, ex ἀμφί, pro ἀμφί.*

Δ *Suntne omnes Præpositiones Simples, an quædam etiam Compositæ?*

Unica Absqve composita est. Reliquæ omnes Simples. Nam si aliàs Præpositiones

REPOSITIONE

onem verò nihil fingit
An vel Am, Di vel Du

Præpositiones in
Compositione?

Separabilis erat, h

An terminantur.

[Cato in origin.

Sat. 14.] atque in

eisdem Catonis ibidem

infractus, Ancus, de

erac, N transie in M

B+ inferitur sequ

, Ambarvalia.

antiqua Præpo

at divisionem in d

ut, Dissoco, Dissol

terdum privat. ut, d

privationem. ut, d

ursum. ut, Relega

o.

um. ut, Secedo. Im

ut, Securus, i. e. p

ors, i. e. sine curv

oder Verstand

Privationem. ut, p

ia. Vesanus, i. e. p

nes inter se componuntur, *ut, Insuper, Desuper*; non amplius Præpositiones manent, sed Adverbia fiunt. Nota etiam *Ex adversum*.

DE CONIUNCTIONE.

CAPUT I.

QVĪD CONIUNCTIO, ET
QVÆ EJUS ACCIDENTIA.

* Quid est Coniunctio?

- Coniunctio est pars Orationis, quæ superioribus sententiis¹ aut partibus subinde alias annectit. *ut, Nox, &² Amor, Vinumq̄, nihil moderabile svadent. Ovid. lib. 1. Amor. el. 6.*

† Quot accidunt Coniunctioni?

Tria: Figura, Significatio,³ & Ordo.

3.

CAPUT II.
DE FIGURA CONIUNCTIONUM.

* Quot sunt Figure Coniunctionum?

Duæ: Simplex. *ut, Nam, Ideo, Si, Enim.*
& Composita. *ut, Namque, Ideoque, Siquidem, Enimvero.*

CAP.

CAPUT III.

DE SIGNIFICATIONE SEU
Potestate Conjunctionum.

* Quot sunt Significationes Conjunctionum?

Significationes Conjunctionum variae sunt. Praecipue autem sunt duodecim: Copulativa, Disiunctiva, Electiva, Adversativa, Concessiva, Conditionalis, Exceptiva, Explanativa, Causalis, Conclusiva seu Ratiocinativa, Ordinis seu Continuativa, & Completiva.

* Da Coniunctiones harum Significationum.

I. Copulativa¹ sunt, *Et, Que, Quoque, Ac, Atque, Etiam, Simul, Cum, Tum, Item, Itemque, Quinetiam, Sedet, Adeo* [pro Etiam.] Quo referuntur etiam, *Nec, Neque, Neu, Neve.*

1.
2.

II. Disiunctiva³ *Ve, Vel, Aut, Sed Contradictum/ Seu Sen, Sive Sive.*

3. 4.

III. Electiva⁵ *Quam, Ac, Atque.*

5.
6.

IV. Adversativa⁷ *At, Sed Uber, Atque, Atque, Autem, Verum, Verò, Verum enimvero, Interea, Interim, Tamen.*

7.

V. Concessiva⁸ *Etsi, Etiam si, Tamen si, Quamquam, Quamvis, Licet, Ut, Quidem, Equidem, Sandè, Saltem.*

8.

VI. Conditionales¹⁰ *Si, Sin, Ni, Nisi, Non nuch/ Siquidem, Atado, Nux/ Dum, Dummodo, Quodsi, Quoad, Quatenus, Alioqui, Cateroqui, Alias.*

9.
10. 11.

VII. Exce-

12. VII. Exceptivæ, ¹² Nisi, ohne nur / Praterquam, Extraquam.
13. VIII. Explanativæ, ¹³ Seu, Sive, Vel, Scilicet, ¹⁴ Videlicet, Nempe, Quippe, Nimirum, Et, ¹⁴ Que. Ut, Puta, Utpote.
14. IX. Causales, ¹⁵ Nam, Namque, Enim. Et enim, Quia, Quòd, Quoniam, Quando, Quandoquidem, Quandoque, Si, Siquidem, Quippe, Ideò, Propterea, Quum, Postquam, Ut, Ne, Quò, Quominus, Quin, Enimvero. ¹⁶
15. X. Conclusivæ seu Ratiocinativæ, ¹⁷ Ergò, Ideò, Igitur, Idcirco, Quapropter, Proinde, Quamobrem, Quare, Itaque, Propterea, Quocirca. Utiqve.
16. XI. Ordinis seu Continuativæ, ¹⁸ Insuper, Postea, Postquam, Denique, Deinde, Deinceps, Præterea, Tum, Item, Primum, Primo, Secundo, Ultimo, Postremo, Porro, Ceterum, Ad hoc, Adhuc.
17. XII. Completivæ, ¹⁹ Nam, Ne, Ergò, Igitur.

CAPUT IV.

DE ORDINE CONIUNCTIONUM.

* Quotuplex est Ordo i Coniunctionum in oratione?

Triplex: Præpositivus, Postpositivus, & Communis seu Indifferens.

* Quæ Coniunctiones sunt Præpositivæ?

Quæ

Quæ in oratione tantum præponuntur. 2.
ut, Nam, Quare, Ac, At, Ast, Nec, Si, Quin, Ni-
si, Sin, Seu, Sive, Verum.

* Quæ Coniunctiones sunt Postpositivæ? 3

Quæ in oratione tantum postponuntur. 4
ut, Que, Enim, Autem, Quoque, Verò.

* Quæ Coniunctiones sunt Communes seu
Indifferentes?

Quæ indifferenter, 5 aliàs in oratione
præponuntur, aliàs postponuntur. ut, Ergò, I-
gitur, Itaque, Quoniam, Tamen, Nam Comple-
tivum.

DE INTERJECTIONE.

* Quid est Interjectio?

Interjectio est pars Orationis, quæ pro-
pmodum non est dictio, sed plerumque 1 So-
nus inconditus, animi affectionem signifi-
cans. ut: Papa, Vab, Hui, Ab, Prob.

† Quot accidunt Interjectionibus?

Unum, nempe Significatio.

† Quot sunt genera Significationum Inter-
jectionis?

Totidem ferè, quot affectus animi, aut in-
de provenientes corporis & vocis gestus.

* Recense præcipuas 2 Significationes inter-
jectionum? 2.

Interjectionum aliæ sunt,

A miran-

CONIUNCTIONE

va. 12. Nisi, obsequitur. 12.

anativæ, 13. Sen, Sen, 14.

Nempe, Quippe, Nuncupatio.

s, 15. Nam, Namque, Etiam.

d, Quoniam, Quia, Quod.

loque, Si, Simpliciter, Quia.

Quam, Postquam, Ut, Quia.

Enimvero.

seu Ratiocinativa.

circò, Quapropter, Quia.

Itaque, Propere.

Continuativa.

n, Denique, Denique.

Item, Primum, Primum.

emò, Porro, Catera.

va, 19. Nam, Ne, Ergo.

ut IV.

NE CONIUN

tionum.

Ordo 1 Coniunctionum in

oratione?

trivus, Postpositivæ

indifferens.

tionum sunt Præpositivæ

- Admirantis, *Pape, Vab, Hui, Hem.*
3. Approbantis vel Laudantis, *Euge, ³ Eia, Ma-*
 4. *Etè, ⁴*
- Comminantis, *Ve, Hem.*
- Dolentis, *Ve, Heu, Eheu, Hei, Au, Ab, Prob,*
 5. *O, ⁵ Ha, Jò.*
- Metuentis, *Atat.*
6. Indignantis, *Hem, Ehem, Vab, ⁶ Hau, Ob, O,*
 7. *Prob. ⁷*
- Gaudentis, *Evax, Iò, Hò, Evohe, Iu.*
8. Irridentis, *Hui, Vab, Hem, ⁸ Eia.*
- Ridentis, *Ha, ha.*
- Lacrimantis, *Hei, Hoi, Ob, Obe obe.*
- Blandientis, *Eia, Sodes, Sis.*
- Exclamantis, *O, Adeò.*
- Vocantis, *O, Heus, Eho.*
- Revocantis, *Eia (Plaut. Casin. 3. 6.)*
- Respondentis, *Hem, Ehem.*
3. Fastidientis, *Apage, ³ Ohe, Phy.*
9. 1. Silentium præcipientis, *Au, St, ⁹ Bat, Pax,*
Ho.

□ Atque hæcenus de Etymologia, hoc est, de Singularum Partium Orationis discrimine ac Proprietas. Sequitur Syntaxis, de qua deinceps agemus.

QUARTA PARS

SYNTAXIS.

CAPUT I.

QVID SYNTAXIS ET
QVOTUPLEX.

† Quid est Syntaxis?

Syntaxis¹ est pars Orationis, quæ rationem² conjugendarum vocum, seu faciendæ orationis,³ docet.

† Quid est Oratio?

Oratio est integræ sententiæ explicatio.

† Quæ sunt partes Essentiales Orationis?

Nomen⁴ & Verbum.

† Estne etiam Syntaxis in reliquis partibus?

Est Syntaxis non tantum Declinabilem, sed & Indeclinabilem partium.

De Singulis ordine agetur.

△ Qvotuplex est Syntaxis? 5

Duplex: Intransitiva, & Transitiva.

△ Quid est Syntaxis Intransitiva?

Est in qua voces, ex quibus constat oratio, ad eandem personam referuntur. ut, *Vir Bonus; Fama, malum; Tu es Petrus.*

Dicitur & Syntaxis Convenientiæ.

Qvid

△ Quid est Syntaxis Transitiva?

Est in qua voces, ex quibus constat oratio, ad diversas personas referuntur. *ut, Liber Ciceronis; Argentum vilius auro. Vir dignus laude. Verbero Davum. Davus verberatur ab hero.*

Dicitur & Syntaxis Rectionis.

CAPUT II.

SYNTAXIS NOMINUM

Intransitiva in genere.

REGULA I.

- 1.2. * Adjectivum¹ & Substantivum,² eodem Genere, Numero, & Casu coherent.

ut:

Amicus certus, in re incerta cernitur. [*Enn. apud Cic. Lal.*]

3. *Tres³ Equi. Quingve millia.*

Nam tua res agitur, paries quum proximus ardet. *Hor. st. lib. 1. ep. 18.*

Forma viros neglecta decet. *Ovid. l. 1. de arte.*

4. *Homo nihili,⁴ nauci. Eiusmodi ingenia.*

† Nota. Participium Passivum inter duo Substantiva positum, regulariter cum Præcedente quoad Genus convenire debet. *ut:*

Verbum factum caro; non facta.

Iullia nata homo; non natus.

Bonosus Imperator, quum vitam laqueo finisset, dictus est Amphora pendens; [*Flav. Vo. pisc. in vita illius*] *non, dicta.*

REGU.

INTRANSITIVA.

241

REGULA II.

* Relativum, ¹ cum antecedente ² Substantivo, necesse est Genere & Numero consentire. ut:

R. 2.

Quo semel est imbuta recens, servabit odorem

Testa diu. Horat. l. 1. ep. 2.

Samia mihi mater fuit; ea habitabat Rhodi.

Ter. Eun. 1. 2.

Casu autem convenire necesse non est.

Nam is sequenti Nomini, Verbo, vel Propositioni respondet. ut:

Habeo tibi honorem, quo dignus es.

Accepi literas, quæ ad me scriptæ sunt.

Hic est liber, de quo quærebam.

Exceptio.

† I. Relativum inter duo Substantiva diversorum Generum positum, tam ³ Sequenti, quam Antecedenti, rectè respondet.

3.

Antecedenti, ut passim extat. v. g. Ovid. 1.

Met.

Unus erat toto natura vultus in orbe,

quem dixere Chaos.

Sequenti. ⁴ ut: Sal. Catil.

Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

4.

Idem velle & idem nolle, ea demum firma est amicitia. Salust. ib.

Animal plenum consilii, quem vocamus Hominem. Cic.

† II. Relativa Accidentis [ut, *Qualis, Quantum, Quotus* &c.] Genus, Numerum, &

Q

Casum

Casum mutantur à Substantivis, quibus proximè cohærent. *ut:*

Talis est civitas, quales sunt mores principum.
Tanta cuiusque sunt bona vel mala, quantum est animus qui illa sustinet. Cic. 2. Tusc. qp.

† III. Quum ad Verbum, vel totam orationem præcedentem, Relativum infertur; Neutro genere plerumque ponitur. *ut, In tempore ad eam veni, quod rerum omnium est primum. Ter. Heaut. 2. 3. Qui habet saltem, quod in te est. Ter.*

7. † IV. Quando Relativum *Qui, Quæ, Quod*, antecedenti Substantivo præponitur; venustè cum eo cohæret eodem Genere, Numero & Casu. *ut.*

Quam quisque novit artem, in hac se exercent.
Quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, suscepi. Cic. pro Sylla.

REGULA III.

* Substantivum cum Substantivo in eodem casu poni non potest, nisi per Appositionem.

1. * Quid est Appositio? 1
 Appositionem vocant, I. Quando duo vel plura² Substantiva, eodem Casu, absque Coniunctione, de eadem re dicuntur. *ut.*
 2. *Effodiuntur opes irritamenti a malorum. Ovid.*
Marcus Tullius Cicero Consul. Nos poma.
Vinum absinthites, aromatites, &c.

II. Quando

II. Quando
 Feminini Gen
 tur Adjectivum
 tum. ut:
 Dra summum bo
 Fama malam. q.

Nora. † I.
 mobile; etiam
 debent. ut: Gl
 vidtrices, non v
 non magistra.
 Amatoris & Ne
 ut: Aquila, rex a
 rex reliquarum.
 multorum.

† II. Si alt
 gulare, alterum
 tim si unum sit
 alterum Appel
 Adjectivum vel
 Genere & Num
 licia nostre, tu
 Bucephalam, delict
 Nave, mercures,
 Virg. l. Æn. Si
 Genere autem dif
 tur Adjectivum ve
 præterito + Subst
 spondet. ut:

II. Quando Substantivo Masculini aut
Fœminini Generis Græcorum more addi-
tur Adjectivum Neutrum Substantivè posi-
tum. ut :

Deus summum bonum, non nisi bene potest agere.
Fama malum, quo non aliud velocius ullum.

NOTA. † I. Si alterum substantivum est
mobile; etiam Genere & Numero convenire
debent, ut : *Gladius ultor, non ultrix. Lauri*
victrices, non victores : Usus magister artium,
non magistra. Pecunia regina, non rex. Sed
Famaois & Neutris, jungitur Masculinum.
ut : *Aquila, rex avium, non regina. Hec Apis,*
ex reliquarum. Tempus discipulus & magister
multorum.

Δ II. Si alterum Substantivum est Sin-
gulare, alterum Plurale, vel contrà; præfer-
ra si unum sit Proprium aut quasi Propriū,
alterum Appellativum : tunc quod inferitur
Adjectivum vel Verbum, potius Singulari,
Genere & Numero respondet. ut : *Tullia, de-*
licie nostræ, tuum munusculum flagitat. Cic.
ucephalus, delicia Alexandri, generosus fuit.
Nate, meæ vires, mea magna potentia solus.
Surg. 1. Æn. Si verò Numero conveniunt,
Genere autem discrepant, tunc quod infer-
tur Adjectivum vel Verbum, ei quod magis
præ altero Substantivi locum sustinet, re-
pondet. ut :

3.

4.

Q 2

Fama

244 DE SYNTAXI NOMINUM

Fama, malum quo non aliud velocius ullum.

Parva metu primo. [non, Parvum.]

Quum duo fulmina nostri Imperii, Cneius & Paulus Scipiones, extincti occidissent. Cic. Alexander & Caesar, duæ illæ aquilæ, quæ totum ferme orbem pervolarunt, usi sunt simbolo, μηδὲν ἀναπαύσασθαι.

REGULA IV.

† Duo vel plura Substantiva, per Conjunctionem aut Præpositionem copulata, requirunt Substantivum vel Adjectivum plurale.

1. *ut:*

2. *Odium & metus, pessimi ad diuturnitatem custodes.*

Dæmonem & Pythiam Pythagoreos, ferunt hoc animo inter se fuisse. Cic. 3. Off.

Fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat. Ovid. 2. Metam.

REGULA V.

† Interrogativum & Redditivum Nomina, Casu convenire debent, si ad IDEM Verbum respondetur, ut:

1. *Cuius est sententia? Ciceronis.*

2. *Quis me sequitur? Nemo. Ego. Nos.*

3. *Uter fratrum venit? Neuter. Petrus.*

3. *Quot annorum est? Trium.*

4. *Cuius interest? Nostrum omnium.*

4. *Quotuplum datur tibi? Triplum.*

4. *Quotus es in ordine? Primus, Secundus, &c.*

Quæ

INTR

Quædem invenit? Cuius? Romanus

Δ I. Quum cum aliis Nominibus Interrogativum dare contingit. Quanti emptus es? Cuius scilicet es? Quot annorum

Δ II. Quum

ritus; Possessoris Peleliva autem Verbum ad quod Cuius est hæc oratio

fr.

Cuius puerum a

Tuum

Cuius pecuniæ an

Vog.

† Si verò ad D

tur; Cuius quocumque

natura Verbi & c.

Quis fecit? Nescis

Quis me sequitur?

Cuius est hic Liber?

Estne hic liber tuus?

Quis est auctor huius

tribuni. Præd

Quot habet annos?

Quis

Qualem invenisti? Egrotum, Valentem, &c.
Cuius es? Romanus, Europaeus, Mundanus. 5.

Exceptio.

Δ I. *Quum* per Verbum quaeritur, quod cum aliis Nominibus alio Casu constructur; Interrogativum & Redditivum Casu discordare contingit. *ut.* 6.

Quanti emptus est Liber? Duabus drachmis.

Cuius secta es? Sum Peripateticus.

Quot annorum est? Est quadragenarius. Est trimulus.

Δ II. *Quum* per Pronomen *Cuius* quaeritur; Possessoris nomen Genitivo subicitur; Possessiva autem Pronomina eo casu, quem Verbum ad quod responderetur, requirit. *ut:*

Cuius est haec oratio? Ciceronis, Mea, Tua, Nostra.

Cuius puerum adduxisti? Pamphili, Meum, Tuum.

Cuium pecus? an Meliboei? Non. Verum Aegonis. Virg. 3. Ecl.

† Si verò ad *DIVERSUM* Verbum responderetur; Casus quoque diversus esse potest, pro natura Verbi & totius phrasos. *ur:*

Quis fecit? Nescio. Me laet.

Quis me sequitur? Neminem video [sc. Sequi.]

Cuius est hic Liber? Petrus est possessor.

Estne hic liber tuus? Non.

Quis est autor huius libri? Audio Ciceroni eum tribui. Predicant autorem Ciceronem.

Quot habet annos? Est quadragenarius, Est trimulus.

Q 3

IN

8. Δ In Interrogationibus quæ per Verba^s fiunt, idem est intelligendum; ubi commodissimè ad Personale respondetur per Personale; ad Impersonale, per Impersonale. ut:
9. *Scriptisti? Scripsi.* *Tunc fecisti? Non feci.*
An non dixi hoc futurum? Dixi. Ter. And. 3. 5.
Quid agitur? Statur. Sedetur. Egetur acriter.
Difcitur. Luditur.

10. Δ Similiter in Interrogationibus, quæ per Adverbia^{ro} fiunt, commodè etiam per Adverbia eiusdem significationis respondetur, si modò vocabula suppeditantur. ut:
- Unde venit? Cœlitus. Desuper.*
Quò tendis? Huc. Isthuc, Illuc, Eò, Intrò, Foras.
Quomodo vales? Benè, Malè, Mediocriter.
Quando venies? Cras, Perendie.
Quorsum cecidit? Dextrorsum, Sinistrorsum.
Quoties audivisti? Ter, Quater, Quingvies, Decies.

- \square Sæpè autem fit, ut vel ex natura conceptus, vel si conceptus est idem, tamè vel ex inopia vocum, vel ex varietate phrasium; nec per Nomina, nec per Verba, nec per Adverbia, simili voce responderi possit. Tunc ergò ex sensu conformis¹¹ responsio est faciendâ, eaq; ex aliis Regulis Syntaxeos iudicanda. ut:
11. *Quis fecit? Nescio. Aiunt Scipionem fuisse.*
Charean tuam vestem detraxit? Factum.
Et pro te hic deductus est? Ita. Ter. Eun. 4. 4.
Unde venis? Lipsiâ. E templo. Ex Anglia.

Quomo-

Quomodo vales? A
 Quo vales? Lipsiâ
 Empium
 Quotus es in ordi

C
 SYNTA
 Intend

A
 † In Numeris
 va in uniuersitate
 currunt; sed si
 angentur. ut:
 Amos ducentos
 vixi. Or
 Bin mille equite
 Aliquoties cen

K
 † Mille S
 Cardinalibus v
 Duo millia v
 Centena mill
 † Sed numer
 sive Centena m
 Adverbis auger
 Ter millena milli
 [Sexto, T

Quomodo valet? Egrotat.

Quò vadis? Lipsiam. In templum. Ad patrem.

Emptum panes.

Quotus es in ordine? Occupo primum locum.

CAPUT III.

SYNTAXIS NOMINUM

Intransitiva in Specie Nume-
lium.

REGULA I.

† In Numeralibus nunquam duo Adjecti-
va in unius eiusdemq; digiti prolatione con-
currunt; sed si opus¹ est, Adverbiis Numeri
augentur. ut:

*Annos ducentos vixit. Annos bis² centum
vixi. Ovid. l. 12. Met.*

Bis mille equites. Bis millesimus annus.

Aliquoties centena millia Erratorum.

REGULA II.

† Mille Substantivum augetur numeris
Cardinalibus vel Distributivis. ut:

Duo millia virorum. Centum millia.

Centena millia. Millena millia.

† Sed numerus, qui ultra Centum millia,¹
sive Cenrena millia, aut Millena millia est,
Adverbiis augetur. ut: *Decies centena millia.*

Ter millena millia. Tricies centum millia.

[Sueton. Jul.]

2 4

Ab

Ab India ad Herculis columnas Gadibus sacra-
tas, octuagies quingvies centena septua-
ginta octo millia passuum. Plin. l. 2. c. 108.
[8578000.]

2. **Minima** computatione, millies centena millia Se-
stertiūm, 2 annis omnibus, India & Seres,
peninsulaq; illa, Imperio nostro ademūt.
Plin. [100000000.]

Δ N O T A. In hac forma, quando Nomen
Sestertiūm, cum Adverbio Numeri ponitur,
numerus Centenorum millium ferè omitti
folet, ut:

Totumq; illud Tiberii Caesaris, vicies ac septies
millies Sestertiūm, non toto vertente anno
absumpsit. Sueton. Calig. c. 37. pro, vicies
ac septies millies Centena millia Sestertiūm.
[2700000000.]

Decies Sestertiūm. pro, Decies centena millia
Sestertiūm.

3. **Centies** Sestertiūm. 3 pro, Centies centena millia
Sestertiorum.

REGULA III.

1. **Δ** In Numeris Cardinalibus sine copula
positis, præcedit major numerus minorem.
ut:

Millia passuum decem novem. Caesar.

Naves expediunt numero decem septem. Caesar.

Signa militaria capta centum quingvagenta qua-
tuor. Liv.

Maior viginti quingve annis [Non quingve vi-
ginti.]

REGU-

Δ In Numeris
positis, infra C
ultra Centum
præcedit.
Infra. Minor.

Maior.
Ultra. Leoni
plena
Quoniam
but a

R
Δ In num
vel præcedit v
norem. ut:

Plato uno & o
est.

Isocrates quarte
gri

plisse a
Centesimo lux be
altera.

Sic, Divinus qua
RE
† Distribut
quoniam singula
mas. ut:

REGULA IV.

Δ In Numeris Cardinalibus cum Copula
positis, infra Centum, plerunqvs minor; ² 2.
ultra Centum verò, semper maior numerus
præcedit.

Infra. Minor. *Tres & viginti Elephanti. Liv.*

Septem & quadraginta anni. Cic.

*Quingve & sexaginta annos na-
tus. Cic.*

Maior. *Decem & octo Rhodie naves. Liv.*

Ultrâ. *Leontinus Gorgias Centum & septem cõ-
plevit annos. Cic. de Sen.*

*Quum non longè mille & quingentis passibus
abesset. Cas. 1. bell. Gall.*

REGULA V.

Δ In numeris Ordinalibus, promiscuè ³ 3.
vel præcedit vel sequitur maior numerus mi-
norem. ut:

*Plato uno & octogesimo anno scribens mortuus
est. Cic. de Sen.*

*Isocrates quarto & octogesimo anno, eum librum,
qui Panathenæicus inscribitur, scri-
psisse dicitur. Cic. de Sen.*

*Centesima lux hac est ab interitu Clodii, & opinor
altera. Cic. pro Mil.*

Sic; Decimus quartus. Et, Quartus decimus.

REGULA VI.

† Distributivis Numeralibus utimur,
quum singulis ⁴ 4.
eundem numerum attribui-
mus. ut:

Q 5

Binos

*Binos tabellarios in duas naves imposui. Cic. i. e.
in unam duos, in alteram etiam duos.*

*Pueri senum septeniumq; denum annorum. Cic.
Von 16 vnd 17 Jahren.*

Efferuntur autem Distributivæ locutiones tribus modis. Nam

I. Vel Distributivis solis utimur. *ut:*
Milites acceperunt denos aureos.

II. Vel Distributivis vocem *Singuli aut
Unusquisque* adjicimus. *ut:*

*Singuli milites acceperunt denos aureos.
Unusquisque militum accepit denos aureos.*

III. Vel utimur Cardinalibus, adjecta voce *Singuli aut Unusquisque*. *ut:*

*Singuli milites acceperunt decem aureos.
Unusquisque militum accepit decem aureos.*

Δ Ν Ο Τ Α. Poëtæ Distributivis aliquando utuntur pro Cardinalibus. *ut: Septeno gurgite, Lucan. lib. 8. pro, septem gurgitibus.*

Per duodena regit mundi Sol aureus astra. Virg.

1. Georg. pro. per duodecim astra.

REGULA VII.

† Adduntur & Distributiva Numeralia Nominibus, quæ Pluraliter tantum dicuntur. *ut:*

*Binas literas abs te accepi eodem exemplo. Cic.
lib. 10. ep. 5. i. e. duas epistolas.*

Bina castra hostium expugnata. Florus.

Sic, Unæ Nuptiæ: Unæ litera, rectè dicitur. ut:

*Ex unis nuptiis geminas mihi conficiet. Ter.
Andr. 4. 1.*

Livius

Livius⁷ etiam dixit: *Tribus liberis, pro ternis.* 5.

REGULA VIII.

† Ordinalibus, item Superlativis, & quæ cognatæ significationis sunt, eleganter adjicitur particula *QVISQVE*,⁶ quum quid statum per singula æqualiter significatur. *ut:* 6.

Tertio quoque die venire solet. Ze am drittē tage. Decimum quemque militem ad supplicium legit.

Liv. l. 2. ab. U. C. Ze den zehenden.

Optimus quisque nobilissimus.

Quotus quisque. Præcipuus quisque.

Δ Reperitur etiam, *Bonus quisque. Melior ac doctior quisque; apud Cicer. Terent: Senec. Plin.*

Δ Possunt tamen Ordinalia etiam Partitivorum more, cum Genitivo plurali⁷ constructui. *ut:* 7.

Quartus quisque annorum Bisextilis est. Sueton. Jul. c. 40.

CAPUT IV.

SYNTAXIS NOMINUM

Transitiva.

Δ *Quotuplex est Syntaxis Nominum Trans-*
itiva?

Quadruplex: Aut enim construuntur Nomina in quocunque Casu, cum Genitivo: aut cum Dativo: aut cum Accusativo: aut cum Ablativo.

NO-

NOMEN CUM GENITIVO.

REGULA I.

1. * Substantivum cum Substantivo¹ rei diversa, Genitivo Casu jungitur. ut:
Initium sapientia, timor Domini. Mille hominum.
Per calceorum. Verba Accusandi.
Inertiam adolescentium accusas. Id negotii.
Proprium senectutis. Commune amantium
omnium est.
2. Nihil novi.² *Arma illius.*
3. Dei³ amor - hominum. *Laf. a mentis.*
Eius farina homo.

† Exceptio.

I. Substantiva commodi aut incommodi significationem habentia, alterum in Dativo affliciscunt. ut: *Homo, homini lupus, Deus, Diabolus, Angelus.*

4. II. Verbalia Substantiva interdum⁴ Casum Verbi sui retinent. ut:
5. *Multos tunc honori⁵ video esse factores. Cic.*
5. *Instituta est obtemperatio scriptis legibus.⁵ Cic.*
5. *Neque oblocutor sum alteri⁵ in convivio. Plaut.*
Mil. 3. 1.
5. *Nolo mihi⁵ oblatricem in ados intrmittere.*
Ibid.
6. *Quid tibi hanc rem⁶ curatio est verbero? Plaut*
Amphitr.
6. *Id⁶ anus mihi indicium fecit. Ter. Ad. 4. 4.*
Domum

CUM GENITIVO.

Domum⁷ reditionis spe sublata. *Ces. l. i. bell. Gall.* 7.
Quum pestiferum Brundisio⁸ Antonii reditum 8.
timeremus. *Cic.*

Δ *NOTA.* Dimidium cum Adjectivis Neutro genere usurpatis, aut cum Substantivis, quæ aliud etiam Adjectivum adjunctum habent, semper Genitivum affiscit. ut: Dimidium⁹ facti, beati, mali, totius temporis. 9.

Et cum veris Substantivis Masculinis & Fœmininis, & sine Adjectivo positis Neutris, ut Adjectivum cum Substantivo jungitur. ut:

Dimidius seu Dimidiatus¹⁰ Dies, Pes, Orbis, 10.
Digitus, Liber.

Dimidia Luna, pars, figura. 11.
Dimidium tempus,¹¹ spaciæ.

REGULA II.

† Quæ Partitionem significant, affiscunt Genitivos Plurales, vel Collectivi Nominis singulares. ut:

Alier horum. Pars civium. 1.
Multi, Plures, Plurimi horum. Solus fratrum.
Nemo nostrum. Omnes Macedonum.¹
Uterque nostrum. Centum Senatorum.
Alia animalium. O maior Juvenum.
Disertissime Romuli nepotū. Doctissimus Gracia.

† Quæ Nomina significant Partitionem?

Quæ exponi possunt per particulas,² *Inter, Ante, Pra, E, Ex, vel De;* sive sint Substantiva: 2.
ut, *Pars,*

NOMINUM
CUM GE
IVO.

LA I.
Substantivo¹ reid
angitur. ut:
Demetrii, delli hominum
rebo Accusandi.
reusas. Id negenti.
Demetrii animam
omnium est.
reus est.
Lysiar montis.
Suis fame homi.
odi aut incommo
alterum in Dativ
dies Juppis, Deus, Di
ativa interdum
esse factores. Cic.
i ppiis legibus? Cic.
in c. vivia. Plur
in edes intramitter
io est verberat. Plur
tit. Ter. Ad. 4. 4.
Dion

3. *ut, Pars, Nemo.* Sive Adjectiva; ³ *ut, Alter, Aliquis, Multi, Alii, Solus.* Interdum & *Omnis, Nullus.*

& vel ex Adjectivis Comparativa. *ut, Maior fratrum.*

4. vel Superlativa; ⁴ *Doctissimus omnium.*
vel Interrogativa; *Quotus quisque Philo-
phorum invenitur, qui sit ita moratus, ut ratio
postulat? Cic. 2. Tusc.*

5. vel Numeralia Ordinalia; ⁵ *Quartus quis-
que annorum est Bisextilis. Sueton. Iul. c. 40.*
vel Cardinalia; *Viginti Equitum in primo
conflictu cecidere.*

vel Multiplicativa; *Secunda pars prima
partis dupla.*

Sic & Pronomina similia; *Animalium bac
binis, illa quaternis pedibus incedunt.*

† *Quæ Nomina sunt Collectiva?*

Quæ in singulari multitudinem significant.
*ut: Gens, Turba, Manus, Populus, Pars, Quis-
que, Uterque, Legio, Concio, Cohors, Civitas, Op-
pidum, Societas, Senatus, Collegium, Facultas,
Exercitus, Ecclesia, Familia, Schola, Cætus, Vici-
nia, Concilium, Ætas, Seculum, & similia.* Sic
*Germania, Italia, Græcia &c. pro ipsis Germa-
nis, Italis, Græcis &c. accipitur.*

Quid hic notandum?

† I. Comparativo utimur, quando parti-
tio fit inter duo: *ut, Manuum agilior est dex-
tra.* Superlativo verò, quum inter plura sui
generis. *ut:*

Digitorum longissimus est medius.

Super-

† II. Superlativus partitionis, Genere plerunqve convenit cum antecedente su, Substantivo. ut:

Indus, qui est omnium fluminum maximus. Cic.

Modus rerum omnium utilissimus. Plin.

Hordeum, frugum omnium molliissimum. Plin.

Interdum tamen etiam respondet Geni Genitivi pluralis. ut:

Laudatissima barbarum est Moly. Plin.

Sic ego sum rerum non ultima Sexte tuarum. Ovid.

Elementorum levissimum est Ignis.

Δ III. Observent hoc loco Pueri & particulas eas, quæ Superlativis Intendendi gratia plerunqve addi solent. ut, *sunt, Multo, Longe, Quisqve, Quam, Tam, Tanto, Quanto, & similes.* ut:

Conspectus vester multo jucundissimus. Cic. pro L. Manil.

Longe omnium praestantissimus. Fab. l. 10. cap. 1.

Dum incautiùs subeunt, promptissimuso quisqve cadit. Livius lib. 5. dec. 3.

Ut te redimas captivum quam queas minimo. Ter.

Enn. 1. 1.

In tam optima causa. Cic.

Tanto pessimus omnium Poëta,

Quanto tu optimus omnium Pæronus. Catull.

ep. 44.

REGULA III.

† Adjectiva quæ Curam, Desiderium, Notitiam, Memoriam, Metum, Laudem, & his contraria, vel quamcunqve subjecti affectionem significant, Genitivos asciscunt. ut:

Curam

Curam vel Incuriam.

Arcia furti. Ovid. *Securus amorum.* i. *Æn.*

Desiderium vel Fastidium.

Cupidus discendi. *Fastidiosus literarum.* Cic.*Sua pecunie parvus, publica avarus.* Tac.

Notitiam vel Ignorantiam.

Ignarus mali. *Non ignara mali.* i. *Æn.**Imprudens harum rerum ignarusq; omnium.* Ter.

Memoriam vel Oblivionem.

Vive memor leti. Pers. sat. 5. *Regnorum inmemores.* A.

Metum vel Confidentiam.

Timidus procelle. Hor. *Mens interrita leti.**Audax animi.* *Fidens animi.*

Laudem vel Crimen.

Integer vita, scelerisq; purus. Horat.*Maturus animi.* *Impotens iræ.**Reus furti, cædis.* *Amens animi.*

Quamcunque affectionem.

Lassus maris & vicorum. Hor. *Fessus belli.* Stat.*Lata laborum.* Virg. *Constans fidei.* Tac. l. 19.*Obnoxius timoris.* Liv. *Immanis eperum militarium.*

Horum multa Græcorum imitatione sic dicuntur.

Exceptio.

Δ I. Quædam Adjectiva reatus significationem in se habentia, præter Genitivum, etiam Dativum interdum admittunt, aut Ablativum, jam cum, jam sine Præpositione. ut:

Reus voti. *Reus stipulando, promittendo.**Reus de pecuniis repetundis.* Cic.*Insons cædis.* *Insons crimine cædis.**Obnoxius timoris.* *Obnoxius timori; quod usitatus.*

Liber

*Liber laborum.**Immanis eperum.**Affectus sublimis.**Purus sceleris.*

Δ II. Adjectiva

*Eruditus R.**Defectus Conf.*

variant. Dicuntur

*Docuus utrius.**Docuus L.**Docuus L.**Docuus a.**Eruditus Latinus.**Eruditus.**Eruditus.**Rudis artis, arte.**Rudis ad.**Svetus laboris.**Infretus laboris.**Maus inf.**Infretus m.*

Pur.

*Alsivetus laboris.**Romanus Ga.*

l. 8. bell.

*Affectus m.**Affectus bello.**Delicta triumphalis.**Defectus bel.**Conficium, frequen.**Dativum rei; in*

Liber laborum. Liber à legibus. *usitatus.*

Immunis onerum. *Immunis a bello.*

Affinis suspicionis. *Affinis facinori.*

Purus sceleris. & à *scelere.*

△ II. Adjectiva quædam Notitiæ. *ut, Doctus, Eruditus, Rudis, Svetus, Insuetus, Assuetus, Desuetus, Consciens, Certior, Peritus, Consultus,* variant. Dicimus enim;

Doctus utriusque lingvæ.

Doctus Latinis & Græcis literis.

Doctus Latine & Græcè.

Doctus ad militiam.

Eruditus Latinis literis.

Eruditus ad assentationem.

Eruditus in Philosophia.

Rudis artis, arte, vel in arte.

Rudis ad bella, ad partus.

Svetus labori, & labore. Cic.

Insuetus laboris. Caesar: Moris, Liv.

Manus insuetæ operi. Tib. l. 1. el. 4.

Insuetus moribus Romanis. Liv. l. 8. bell.

Pun.

Assuetus labore assiduo. Cic. 3. de Orat.

Romanis Gallici tumultus assuetus. Liv.

l. 8. bell. Mac.

Assuetus mendaciis.

Assuetus bello, & ad bellum.

Desueta triumphis agmina. 6. Æn.

Desuetaq; bello agmina. 7. Æn.

Consciens, frequenter habet Genitivum, raro

Dativum rei: interdum & Dativum personæ,

R

sonæ,

sonæ, qui vel solus ponitur, vel cum Genitivo rei. ut:

Consciis omnium meorum in te studiorū. Cic.

Temeritati & mendacio conscios. Cic.

Facinori mens conscia. Cic.

Benè vel malè sibi conscius.

Quenam summa boni? Mens quæ sibi conscia recti. Auf.

Certior, habet Genitivum, vel Ablativum, cum Præpositione De, ut: *Faciam te consilii certiozem. Cic. Att. l. 3.*

Hac de re certior factus sum.

Peritus & Consultus, Genitivo & Ablativo junguntur. ut:

Iuris peritus Iure peritus.

Iuris consultus Iure consultus.

Quamquam hæc una dictione plerumque usurpantur.

Sic invenitur & *Usuperitus* apud Cæsarem.

1. Δ N O T A. Interdum duæ rectiones concurrunt, ad diversas Regulas pertinentes. ut:

Sextus Ælius juris civilis omnium peritissimus.

Quod & in aliis casibus fieri potest. ut, Longior sum te digito.

REGULA IV.

† Adjectiva Verbalia in AX, & Participia, quum in Nomina degenerant, Genitivos adsciscunt. ut:

Tempus edax rerum. Ovid. l. 15. Met.

Audax ingenii. Pertinax recti.

Fugians litium

Lapsus animi

Sed pro adamæ

gul. judic. ar. possi

Singulari lunc.

epi. 1.

Capax ad

Disito audi

R

† Adjectiv

gnificant, mod

vum recipiunt.

dræc postit

sat. 2.

Plenurimorum.

Virg.

Vacuum curarum

Malle animi, d

puer. 1.

Terra ferax Ceres

l. 2. An

Satur omnium ver

Satur anfratū exiti

Fertili hominum

Fortius ubere camp

Expers principii. 1.

Domo exper

Seculum virtutum

fonti. Luc

Ieiunus om. Succo

Pauper aqua Danti

Macro pauper agell

Fugi

CUM GENITIVO.

259

Fugitans litium *Sitiens fame.*

Lapsus animi *Victus animi.*

Sed quaedam ex his, etiam ex precedenti Regula judicari possunt.

Singularia sunt: *Villa usibus capax. Plin. l. 2. epist. 17.*

Capax ad precepta animus. Ovid. 8. Met. Dicto audiens.

REGULA V.

† Adjectiva quæ Copiam aut Inopiam significant, modò Genitivum, ¹ modò Ablativum recipiunt. ut: *Dives pecoris. Dives agris, dives positis in fœnore nummis. Horat. l. 2. sat. 2.*

1.

Plenus rimarum. Ter. Crura thymo ² plena. Virg.

Vacuus curarum, & curis. Cic. 1. Off.

Maeste animi, Martial. Maeste nova virtute puer. Virg.

Terra ferax Cereris, multoq; feracior avis. Ovid. l. 2. Am. el. 16.

Satur omnium rerum. Ter. Ad. 5. 1.

Satur anseris extis. Pers. Sat. 6. (U. C.)

Fertilis hominum frugumq; Gallia. Liv. l. 5. ab

Fertilis ubere campus. Virg. 2. Georg.

Expers principii. Fama atque fortunis, Somno, Domo expers. ³ Salust. Lucr. Plaut.

Seculum virtutum sterile. Tac. l. 17. Sterilia sonitu. Lucr. lib. 2.

3

Ieiunus vni. Succo jejuna. Lucr. lib. 6.

Pauper aquæ Daunus. Hor. l. 3. od. 30.

Macro pauper agello. Hor. l. 1. sat. 6.

R 2

Exce-

TS NOMINUM

ponitur, vel cum Gen

meorum in te studior

ndacio confisos. Cu

nficia. Cic.

vi confisus.

boni? Mens quæ fuit

nitivum, vel Ablat

De, ut: Faciam te

l. 3.

rior factus sum.

Genitivo & A

Iure peritus.

Iure consultu

ditione plerunq;

peritus apud Cato

dum duæ rectione

Regulas pertinet

vilis omnium perit

afibus fieri potest

ULA IV.

alia in AX, & Part

legenerant, Genit

Ovid. l. 1. Met.

Pertinax restit.

△ Exceptio.

I. Soli Genitivo iunguntur, *Benignus, Largus, Prodigus, Compos, Impos, Confors, Exors.*

4. II. Ablativum tantum recipiunt, ⁴ *Prædicus, Turgidus, Gravis, Frequens.*

5. 6. 7. III. Rarius Genitivum, frequentius Ablativum habent, *Captus, Cassius, Contentus, Locuples, Nudus, Onustus, Orbus.*

IV. Ablativum etiam, cum Præpositione A vel AB recipiunt, *Extorris, Immunis, Inops, Liber, Nudus, Orbus, Purus, Securus, Vacuus, Firmus, Felix, Potens, Instructus, Imparatus.*

REGULA VI.

† Nomen Substantivum per ellipsin Verbi SUM aut similis, cum Relativo, asciscit Genitivum vel Ablativum, quum formam aut qualitatem alicuius describimus, ut:

I. *Ingenui vultus¹ puer, ingenuiq; pudoris. Iuven. sat. 11.*

I. *Non multi cibi¹ hospitem accipies, sed multi ioci. Cic. lib. 9. epist. ult.*

Homo antiqua virtute & fide. Ter. Ad. 3. 3.

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nympha. 1. Æn.

Litera accurata diligentia. Cic. [sc. scripta.]

Sed Genitivo solo dicuntur; *Homo semissis, tressis, dioboli, trioboli, terancii, minimi precii, nullius frugis. Quò referri solent etiam, Nihil Nautæ, adanci.*

Pecu-

CUM

Peculiare est

Cap

□ Nota. Et

est: ut videamus

magis Ablativo

C.

DE N

* Dativus aff

modum, Facilita

eratem, Anticipa

tem, Propingui

ficant, ut:

Comm

Homofum, Inca

Turpe, Molestum

Facile

Facile, Difficile

Domus vestis per

Hac pertinent

caus, Obscurus, P

ut & Verbalia

ut, Affabula nulli

memorande sola

Tamec P

quam etiam Ab

tione A vel AB

Peculiare est, *Homo bonæ frugis.* ² *Plaut.* 2.

Capt.

□ **NOTA.** Etiam in his usus observandus est; ut videamus, quæ magis Genitivo, quæ magis Ablativo gaudeant.

CAPUT V.

DE NOMINE CUM

Dativo.

REGULA.

* Dativos asciscunt Adjectiva, quæ Commodum, Facilitatem, Similitudinem, Proprietatem, Amicitiam, Aptitudinem, Æqualitatem, Propinquitatem, aut his contraria significant. *ut:*

Commodum aut Incommodum.

Honestum, Iucundum, Utile, Bonum mihi.

Turpe, Molestum, Noxium, Malum tibi.

Facilitatem aut Difficultatem.

Facile, Difficile discendi. Obvius mihi.

Domus ventis pervia. Invia virtuti nulla est via.

Huc pertinent, *Manifestus, Notus, Perspicuus, Obscurus, Periculosus, Dubius, & similia;* ut & Verbalia in **BILIS**; & Participia in **NDUS**.¹

ut, Affabilis nulli. O mihi post nullos unquam memorande sodales. Ovid. 1. Trist. 4.

Tametsi Participia in **NDUS** nonnunquam etiam Ablativum mediante Præpositione **A** vel **AB** asciscant. *ut, Admonendus ab*

R 3 amico,

amico. Venerandus, Colendus ab omnibus.

Similitudinem aut Dissimilitudinem.

2. *Filius patri similis. Idem occidenti facit. Hor.*
Dissimilis Sulpitio. Cause illi maxime alienum.²
Cic.

Nibil tam Lysæ diversum, quàm Isocrates.
Quintil.

Proprietatem aut Communitatem.

Amatorem tibi proprium. Plaut. Mostell.
Omni atati mors est communis.

Amicitiam & Odium.

Amicus, cior, cissimus mihi. Gens inimica mihi.
1. Æn.

Improbitas Iudici invisa. Charus animo meo.
Ter.

Fidus imperio. Infidus patriæ.

Excipitur *Studiosus*, quod perpetuò Genitivum habet.

Homo mei studiosissimus. Studiosus pietatis.
 Aptitudinem aut Ineptitudinem.

Malum malo aptissimum. Liv. l. 1. ab U. C.

Sic *Ineptus, Appositus, Accommodatus, Idoneus,*
Sufficiens, Necessarius, Opportunus, Commo-
ditus, Conveniens, Habilis, Proclivis, & similia.

Æqualitatem aut Inæqualitatem.

ut, Par, Impar, Consonus, Absonus, Consentaneus,
Congruus, Coævus, Concors, Concolor, Discolor,
Æqualis, Inæqualis, Superstes, Socius, Secundus
pro Impar.

Par vel impar tanto oneri.

Nulli veterum virtute secundus. 11. Æn.

Ceteri Patri superstites fuerunt. Sveton.

Quædam

Quædam etiam cum Præpositione construuntur. ut:

Nec absenti à voce motus erāt. Liv. l. 7. ab U. C.

Cum re aliqua consentaneum. Cic. Appio l. 3.

Secum ipsa discors. Liv. l. 2. ab U. C.

Huc pertinent & Elliptica. ^{3.}

Divites conferrent, qui oneri ferundo essent.

Liv. l. 2. ab U. C.

Rempub. gratia referenda esse. Liv. l. 9. dec. 3.

Ea modo, quæ restringendo igni forent, portant. Liv. l. 10. dec. 3.

Esui, U sui esse. Solvendo non esse.

Propinquitatem.

Proximus egomet mihi. Ter. Andr. 4. 1.

Tibi me propior nemo est. Cic.

Sic Propinquus, Finitimus Vicinus, Confinis, Conterminus, Coniunctus, Contiguus, Cognatus, Socius, Familiaris.

NOTA ¶ I. Exemplo Adjectivorum etiam Substantiva interdum cum Dativo construuntur, quando commodū aut incommodum significant. ut: *Homo Homini Lupus, Diabolus, Angelus.*

Idem amor exitium est pecori pecorisq; magistro.

Autor his rebus quis est? Ter. Ad. 4. 5. (Virg.)

Autor cæteris ad te juvandum. Cic. l. 9. Att.

Auxilia libertati invocat. Tacit. l. 15.

Me adiutorem huic venisse. Cic. 1. de nat. Deor.

△ II. Amicitia nomina raro etiam Genitivum admittunt. ut: *Plato veritatis amicissimus. Cic.*

Regina tui fidissima. Virg. 1 2. Æn.

Sic & Superstes. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. Superstes mea vitæ & dignitatis.* Et

Et *Par* apud Poetas. *Quem metuis par huius erat.* *Lucan. l. 10.*

Sic *Dispar.* *Cic. de Senect. Dispar sui atque dissimile. Sil. l. 8. Haud dispar animorum.*

△ III. Pleraque Adjectiva commodi & aptitudinis, mutant Dativum etiam in Accusativum cum Præpositione *A D.* ut:

Idoneus ad hanc rem.

Magister ad eam rem improbus. Ter. Andr.

Inutilis ad pudicitiam, & ad tutandam rem.
Ter. Andr.

Sic *Aptus, Accommodatus, Sufficiens, Necessarius, & similia.*

4. △ IV. *Communis & Proprius* etiam Genitivo junguntur. *Cic. de de leg. Civitas communis Deorum & Hominum, Mundus universus. Ter. Andr. Vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror, quod Voluptates eorum propriae sint. Cic. de Sen. Id quidem non proprium Senectutis est vitium, sed commune Valetudinis.*

Communis etiam Ablativo jungitur, mediante Præpositione *CUM.* ut:

Hoc mihi est commune cum ceteris. Cic. II. Att. 1.

Sic *Idem cum hoc.* ut, *Annianus Poëta & plerique cum eo eiusdem Muse viri. Gell. l. 9. c. 10.*
Hic, Eiusdem cum eo Muse viri, i. e. etiam Poëta.

△ V. *Similis & Dissimilis* Genitivo junguntur, quando ad animum referuntur; Dativo verò, quando ad externam figuram aut similem

similem affectu

Eun.

Quasi

Dissimilis sui e

Filius pari

Similis est p at

dem Dato

Similiter

△ VI. P

fativo jungi

Quis pulsat

Proximus Po

Dicimus e

Ab igne propi

Proximus à J

Proximus ad

Ovid.

△ VII.

va Substanti

guntur. ut:

Proprium ani

Commune an

Ani cui curia

Par calceoru

Germa. av. se

C

DE N

similem affectionem, ut: *Domini similis es. Ter.*

Eun. 3. 2.

Du hast deines Herrn weise an dir.

Dissimilis sui est. Er thut wider seine gewonheit.

Filius patri similis. Cic. Dem Vater ähulich.

Similis est patri, sed similis est Matris, Er sihet dem Vater ähulich / hat aber der Mutter Sinnichen.

Δ VI. *Propior & Proximus,* etiam Accusativo junguntur, ut, *Propior montem. Salust.*

Quis pulsat? Qui te proximus est. Plaut.

Proximus Pompeium sedebam.

Dicimus etiam cum Präpositione;

Ab igne propior stetit.

Proximus à Jove, der nechste nach ihm.

Proximus ad Dominam nullo prohibente sedeto.

Ovid. nechst bey ihr.

Δ VII. Quando huius Regulae Adjectiva Substantive sumuntur, Genitivo junguntur, ut:

Proprium animantium. Cic. 1. Off.

Commune animantium omnium est. Cic.

Amicus veritatis. Socius fortunarum.

Par calceorum, amicorum. Est fratris tui equalis, Gleichgesell.

Germanos se putant esse Thucydidis. Cic.

CAPUT VI.

DE NOMINE CUM

Accusativo.

R 5

REGU-

REGULA.

1. * Quæ certum magnitudinis modum¹ aut
 2. spacium significant; sæpius Accusativo² Ca-
 3. su; rariùs Genitivo vel Ablativo junguntur,
 ut cum Adjectivis quantitatem³ significantibus.

Acc. *Mensis quadraginta dies longus. Cic.*

Caulis palmum altus. Plin. 23. 7.

Umbra quatuor pedes longa. Plin. 6. 34.

4. Gen.⁴ *In morem horti, areas latas pedum de-
 nùm, longas pedum quinquagenùm facito.
 Colum. 2. 11.*

Abl. *Longum sesquipedale, latum pede. Plin. 35. 14.*

Sulcus dupondio & dodrante altus. Col. 3. 13.

Fossam sex cubitis altam quum duxisset.

Liv.

CAPUT VII. DE NOMINE CUM Ablativo.

REGULA I.

* Ablativo casu cum convenientibus Ad-
 jectivis junguntur, quæ Causam, Instrumen-
 tum, Modum, Partem, Excessum, & similem
 Circumstantiam, vel Adjunctum significant.

ut:

Cau: Eff. *Lassus cura. Fessus cursu, Labore.*

Letus honore. Potens opibus.

Præceptis ambitione. Bonus bello.

Reus stipulando. Gravis pietate & meritis.

Mat. *Pedum formosum are. Virg.*

Dupli-

CUM ABLATIVO. 267

Duplicem gemmis auroq; coronã. 1. Æn.
Loricam confertam hamis auroq; trili-
cem. 3. Æn.

Instr. Melior remis. Promptus manu.

Firmus peditatu. Firmus equitatu.

Mod: Consilia audacia, prima specie læta sunt,
tractatu dura, eventu tristia. Liv.

Grandis natu¹ Maior etate.

Pars. Ager oculis, pedibus. Quietus animo.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine
læsus. Martial. l. 12. ep. 54.

Exc. Longior me digito. Sex stadiis remotior.

Circ. Patria Lesbios. Genere Andria.

Tempore prior. Loco vicinior.

Adj. Ennius ingenio maximus, arte rudis. Ovid.

2. Trist.

Puer ingenuus vultu.

NOTA, † I. Substantiva quoque nonnulla,
Ablativum Causæ vel Modi asciscunt. ut:

Cicero pietate filius, beneficio parens.

Natura pater. Affectu pater.

Δ II. Quibusdam Ablativis Causæ vel
Instrumenti, ² interdū Præpositio accedit. ut:

Fessus de via. Ab omni laude felicior.

Demetrius ex doctrina nobilis & clarus.

Firmus ab equitatu. Paratus ab exercitu.

Δ III. Ablativum Partis, Circumstantiæ &

Adjuncti, frequenter in Accusativum mu-

tant Poetæ. ut: Albus dentes. Cressa genus.

Cætera Graius.

Sed de hoc vide infra in Synecdoche.

REGU-

IS NOMINUM.

REGULA.

magnitudinis modum
supers Accusativo
vel Ablativo junguntur
significanciam

ginta dies longus. Cic.
altus. Plin. 22. 7.

pedes longa. Plin. 6. 24.
ti, areas latas pedum
um quingagenim

de, latum pede. Plin.
doctante altus. Cic.
is altam quom dicit

T VII.

NE CUM

ativo.

REGULA I.

am convenientibus
Causam, Instrum
, Excessum, & fr
adjunctum signifi

Fessus cursu. Labe
Potens opibus.

one. Bonus bello.

Gravis pietate & mor

um are. Virg.

- 1.2. * Comparativi asciscunt Ablativum rei superatae, ¹ qui exponitur per Particulas ² *Quam, Ac, Atque*. ut:

Vilius Argentum est Auro; Virtutibus Aurum.
Horat. l. i. ep. i. i. e. quam Aurum; quam Virtutes.

Doctior opinio hominum, i. e. quam vel atque est opinio hominum.

Tu mihi charior es vita mea, i. e. quam vel ac vita mea.

† Quando autem Objectum notatur, ponitur in eo Casu, quem Positivus requirit. ut:
Audior tibi; sicut, Avidus cibi.
Amicior mihi; sicut, Amicus mihi.

3. NOTA. † I. Quum particulae *Quam, Ac, Atque*, exponunt Ablativum Comparisonis; jungunt similes Casus, ab eodem ³ Nominis vel Verbo pendentis. ut: *Habet maiorem copiam auri quam argenti, sc. copiam. Hominem callidorem vidi neminem, ac Parmenonem, sc. video.*

Quando verò ad rem superatam subinteligitur EST aut FUIT, aut simile; in Nominativo effertur. ut: *Hoc scriptum est Petri, multum quam Iohannes [sc. est.] doctioris.*
Novi hominem multo quam Phormio [sc. est] callidorem.
De homine multo quam Cicero [fuit] eloquentiore.

Quando autem accedente Præpositione,

PRO

PRO Ablativus manet; ad Syntaxin Præpositionum ⁴ exemplum pertinet. ut:

Maiore quam pro modo corporis veste utitur.

Maiorem quam pro numero hominum ediderunt stragem. Liv. l. 5. dec. 3.

△ II. Poetæ Ablativum Comparationis exponunt per Præpositionem *Ante*. ut:

Scelere ante alios immanior omnes. 1. Æn.

Sic & Genitivum Superlationis. ut:

Ante alios pulcherrimus omnes Turnus. 7. Æn.

† III. Interdum Comparativum circumloquimur, voce MAGIS vel MINUS Positivo addita. ut:

O luce magis dilecta sorori. 4. Æn. i. e. charrior luce.

Quid magis est durum saxo. i. e. durius saxo.

Sic: Minus eloquens Cicerone.

Sicut & Superlativum, voce *Maximè, Valdè, Nimis, Nimiùm*. ut: *O nimiùm dilecte Deo, Claudian. Maximè doctus omnium.*

△ IV. Vi periphrasis interdum pro Ablativo Comparationis Dativus ponitur. ut:

Nulli omnium celebritate inferior i. e. cedens.

Nulla arte cuiquam inferior. Salust.

△ V. Solent etiam iterari ⁵ Comparativi, mediante particula *Quam, Ac, vel Atque*. ut:

Triumphus clarior quam gratior. Liv. l. 5. ab U. C.

Pestilentia minacior, quam perniciosior. Liv. lib. 4. ab U. C.

VI. Com-

6. †VI. Comparativo interdum etiam alter Ablativus adjūgitur, significans Causam,⁶ Instrumentum, Mensuram excessus vel defectus, aut simile. ut:

Hic curis illo lassior est.

Nibilo segnior illo. Longior te digito.

At pedibus longè melior Lycus Helenore. i. Æn.

Hic minor me est viginti annis.

7. Δ. VII. Comparativis interdum Intendendi aut Explicandi gratia, adduntur particulae,⁷ Tanto, Quanto, Tantum, Quantum, Eo, Hoc, Quò, Multò, Longè, Paulo, Nimio, Aliquanto, Aliquantum, Multum, Parum, aut similes. ut:

Omne animi vitium, tantò conspectius in se Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur. Iuv. sat. 8.

Quantum domo inferior, tantum gloria superior. Val. Max. l. 4.

Quò quis indoctior, eò impudentior. Fab.

Via multò quàm visa erat asperior ascendentibus. Liv.

Δ VIII. Pro Ablativo Comparationis sæpè Verbum subjicitur, cum Electiva particula Quàm. ut:

Reprehendere facilius est, quàm imitari.

REGULA III.

- I. * Dignus, Indignus, Fretus, Preditus, Contentus, Furgidus, Gravis, Venalis, Ablativum¹ asciscunt. ut: Dignum laude virum Musa vertat mori. Hor. l. 4. od. 8.

Indignus honore. Fretus Dei auxilio & bonitate cause.

Conten-

Contentus paucis. Turgidus aqua.

Gravi ære. Morte venalem laurum. Hor. at.

NOTA. † *Dignus & Indignus* nonnunquam etiam Genitivum habent, tam apud alios quam apud Poetas. ut: *Obsecro te mi Cicero. suscipe curam & cogitationem dignissimam tua virtutis. Cic. l. 8. Att.*

Descendam magnorum haud unquam indignus avorum. Virg. 12. Æn.

Curia consilii quæ nunc dignissima tanti. Ovid. lib. 3. de Art. 2.

REGULA IV.

† Adjectiva quæ ordinem aut Diversitatem significant, Ablativum asciscunt, sed cum Præpositione A vel AB. ut:

Proximus a Jove. Secundus a Rege.

Tertius ab urbe lapis. Alius ab hoc.

Diversus ab illo. Non alienus a literis.

Quantum mutatus ab illo Hectore. Virg. 2. Æn.

NOTA. † I. *Alius* in Comparatione postulat particulas Redditivas, *Quam, Præterquam, Ac, Atque, Nisi.* ut: *Quid aliud est Animal, quam corpus anima sensitiva prædicum?*

Aliud mihi respondes, ac rogo.

In aliis rebus versor atque tu.

Δ II. *Alienus*, interdum etiam cum Dativo constructur: interdum & cum Genitivo, ut: *Id dicit, quod illi cause maxime est alienum. Cic. Alienus consilii. Alienum meæ dignitatis. Cic.*

Δ III. *Alius & Alienus*, interdum & cum Ablativo solo sine Præpositione junguntur. ut: *Alius*

IS NOMINUM

ratio interdum etiam
itur, significans Causam
enturam excessus vel deb

or est.

Longior te digno.

melior Lycini Helenore. Lib

iginti annis.

ivis interdum Interde

a, adduntur particula

um, Quantum, Et, H

aulo, Nimio, Aliquam

Parum, aut similes.

tanto conspectus mi

o maior, qui peccat,

3.

rior, tantum gloria

ax. l. 4.

o impudentior. Fab.

erat asperior ascensu

lativo Comparatione

ur, cum Electiva particula

s est, quam imitari.

LA III.

Fretus, Prædicum, Con

is, Venalis, Ablativum

in laude virtutem Melpomene

Hor. l. 4. od. 8.

etus Dei auxilio & bene

tate causa.

Conte

Alius sapiente bonoque. Horat. l. i. ep. 17.

Hoc alium desine velle virum. Tibull.

Alienum dignitate imperii. Cic. de prov. Cons.

Amore nostro non sum arbitratus alienum. Cic.

Δ IV. Peculiare est quod Cicero dicit:

3. *Secundus ad Regium principatum.*

REGULA V.

1. * *Opus* (von νόθη) ¹ a seiscit Dativum
2. personæ, & Nominativum vel Ablativum ²
rei acquirendæ: sed Ablativum tamen fre-
quentius. ut:

Dux & autor nobis opus est. Cic. l. 2. ep. 5.

Simul quæ curando vulnere opus sunt parat. Liv.

Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo.

6. *Æn.*

*Ubi rerum testimonia adsunt, non opus est ver-
bis. Cic. in Salust.*

Maturato opus est. Facto opus est.

In arcem transcurso opus est. Ter. Heec. 3. 4.

Tacito quum opus est, clamas. Cic.

Sæpè etiam sine casu ponitur. ut:

Si opus erit, faciam te certiozem.

† Ad eundem modum Comici vocem U-
SUS, quæ pro OPUS utuntur, cum Dativo
personæ, & Ablativo rei acquirendæ conjun-
gunt. ut:

Viginti iam usus est filio argenti minis. Plaut.

Asin.

Mibi sic usus est, tibi ut opus est facto, face. Ter.

Heaut. 1. 1.

Iidem

CUM

Δ Idem Co

Acculatio

nam argenti mi

pus est cibum?

hæc

hæc

CA

SYNTAX

Δ Idem Comici vocem Opus ratò³ cum
Accusativo construunt. ut: *Mibi quidem u-*
nam argenti minam⁴ opus est. Plaut. *Puero o-*
pus est cibum.⁵

Hæc de Nominum Syntaxi.

CAPUT VIII.

SYNTAXIS PRONOMINUM

Intransitiva.

REGULA I.

*Quando Possessio vel Actio in aliud signi-
ficatur, utimur Possessivis Pronominibus,
eodè¹ genere, numero, & casu cum re posses-
sa. ut:

Liber meus. Ager tuus. Labores vestri.
Amor meus, i. e. quo ego alios prosequor.

† Quando autem Substantiva significant
partem² aliquam possidentis; Genitivis Pri-
mitivorum utimur. ut: *Parte tamen meliore*
mei super alta perennis Astra ferar. Ovid. *Parte*
mei: non mea, (i. e. Mente seu Fama.) Manus
pars mei est: Non mea. Sed, Fundus est pars
mea: non mei.

Δ NOTA. *Sua manu, Supte manu. Sua*
ipsius manu, pro *Manu propria*, rectè dicitur.
Non autem, *Sua propria manu.* aut, *Sui ipsius*
manu.

REGULA II.

Δ Pronominibus Possessivis adduntur in-
terdum Genitivi¹ Nominum, Pronominum,
S aut

aut Participiorum, qui & ipsi Possessionem significant & declarant. ut:

Nom. *Solius meum peccatum corrigi non potest.*
Cic. lib. 11. Att. ep. 15.

Noster duorum eventus ostendet, utra gens bello sit melior. Liv. lib. 7. ab U.C.

Tuum hominis simplicis peccatus vidimus. Cic. 2. Phil.

2. Pron. De tuo ² ipsius studio conjecturam ceperis.
Cic. pro Mur:

Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Aves fetus suos, quum visi sunt adulti, libero caelo, suaq; ipsorum fiducia permittunt. Quintil. 2. 7.

3. *Id maxime decet, quod est suum cuiusque ³ maxime.* Cic. 2. Off.

Part. — Quum mea nemo

Scripta legat, vulgo recitare timentis. Horat. l. 1. Sat. 4.

Sapè rogabis, ut mea defuncta molliter offa cubent. Ovid. l. 1. Amor. el. 8.

4. *Et flesti, & nostros ⁴ vidisti flentis ocellos.* Ovid.

NOTA. Δ I. Quando Genitivus Participii per Relativum in Verbum mutatur, tunc convenit Relativum Possessorem notans, cum Primitivo Possessivi, quod in Antecedente ponitur. ⁵ ut:

Nec mea verba legis, qui sum submotus ad Istru.
Ovid. 3. Pont. el. 4.

Omnes laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio prae ditum. Ter. And. 1. 1.

II. In-

Δ II. Interd

SIBI dicitur

Suo sibi tunc gl

Singula (suo sibi)

rer equet

Suo sibi argum

* Relativu

fam significa

Dignus est

Satin sanus

Δ Pronom

nem Copulati

explicit, usq;

ut: Per unum

confer

Plurimis n

illastrib

Pancis man

A

† Nonquam

sciam in Reci

Barbara igitur

Novi sui patren

Sed tantum ad

& suam famam

† Reciproco Pr

quam vel Terri

sciplam. ut: Ca

Δ II. Interdum Pronomini SUO, Dativus SIBI adjicitur. ut :

Suo sibi hunc gladio jugula. Ter. Ad. 5. 8.

Singula suo sibi jure abluito. Colum. 12. 54. Sit ih̄rer eignen brühe.

Suo sibi argumento confutatus est. Gell. 5. 10.

REGULA III.

* Relativum *Qui, Quae, Quod*, quando Causam significat, Conjunctivum petit. ut :

Dignus est qui ametur. i. e. ut ametur.

Satin' sanus es, qui me id rogitet? Ter. i. e. quod.

REGULA IV.

Δ Pronomen IS, interdum post Cōjunctio- nem Copulativam ponitur, ut priora plenius explicet, iisq; vehementiam quandam addat. ut :

Per unum servum, & cum ex gladiatorio ludo, confecit totum negotiū. Cic. Att. l. 1. ep. 11.

Plurimis nostris exemplis usus es, & iis quidem illastribus. Cic. 2. de divin.

Paucis nummis superbit, nec iis suis.

REGULA V.

† Nunquam ad primam vel secundam personam fit Reciprocatio.

Barbara igitur sunt: *Dedi sibi. Dixi sibi. Fui secū.*

Novi suū patrem. Dixisti sibi. Nosti suū fratrem?

Sed tantum ad Tertiam. ut : *Vir bonus curat se & suam famam.*

REGULA VI.

† Reciproco Primitivo SUI, SIBI, SE, utimur, quum vel Tertia persona immediatè transit in seipsam. ut : *Cesar amat se.*

S 2

Recor-

Recordatur sui. Indulget sibi.

Loquitur secum. Oblitus sui est.

2. Vel quum actio posterioris Verbi retrans-
it² in tertiam personam Verbi prioris. ut:

*Orare iussit heram Chrysidem, ut ad se veniat: sc.
ad orantem heram.*

*Bonus pater intelligit, omnes æquè filios ad se per-
tinere: se, ad patrem.*

REGULA VII.

† Reciproco SUUS utimur, I. quum vel
tertia persona immediatè transit in rem à se
possessam: ut:

*Cicero recordatur liberti sui: indulget liberis suis:
defendit suos clientes: scripsit hæc sua manu.*

II. Vel quum actio posterioris Verbi re-
transit in personam prioris, tanquam in pos-
sidentem. ut:

Timet Pompeius, ne se veterani sui deserant.

Rogatur à Cesare, ut suas partes sequatur.

*Pythius piscatores rogavit, ut piscarentur ante
hortos suos. Cic. 3. Off.*

Interdum tamen, si plures Tertiæ personæ
concurrunt, ambiguitatis vitandæ causa, u-
surpatur Relativum. ut:

*Vas factus est alter, ut si ille non revertisset,
moriendum esset ipsi. Cic. 3. Off. sc. Vadi.*

I. Vel quum res possessa in possessorem
agit. ut: ¹

Ulciscentur illum mores sui. Cic. Att. lib. 9.

Sua concio risit hominem. Cic. de Arusp.

Trabit

Trahit sua quemque voluptas. Virg. 2. Ecl.

Δ ΝΟΤΑ. Possessivum SUUS, interdum non est Reciprocum, sed accipitur pro eo quod est Latinis Proprius, ² Græcis ἴδιος vel omnes ³ ut:

Suus cuique mos est. Ter. Phorm. 2. 4.

Suis aliquem laudibus ornare. i. e. propriis, non alienis.

Interdum etiam SUUS, est quasi Substantivum. ³ ut:

Reperi eum cum Suis, vel inter Suos.

Quæ sivit, salvusne esset clypeus? quum salvum esse stentes Sui respondissent, rogavit, &c.

REGULA VIII.

Δ In Reciprocatione Simplici, si Præpositio intercedit, tum promiscuè vel per Reciprocum SUUS, vel per Genitivos Relativorum loqui licebit. ut: *Cepi, Cepisti, Cepit Columbam cum pullis suis, in nido suo.*

Et, *Cepi, Cepisti, Cepit Columbam cum pullis eius, in nido eius.*

Si tamen addatur Nomen Adjectivum, Participium, aut Verbum, ad quod referatur Possessio; tunc Pronomine SUUS utendum est.

ut:

Incidit in Leonem iratum ob amissam prædam suam.

Video Columbam tristem in periculo pullorum suorum.

Scio illum dolere ob fortunam suam.

S 3

Video

Video hominem ambulans per domum suam.

Quando verò Conjunctio Obliquos intercedit, Reciprocum non habet locum. *ut: Ceperisam, & catulos eius. Non, suos.*

REGULA IX.

△ Quando in Reciprocatione Simplicii sunt tres personæ tertiæ, & possessio ad secundo loco positam refertur; tunc vitandæ ambiguitatis gratia, utemur Genitivis Relativorum. *ut:*

Vulpes cepit Gallinam, cum pullis eius. sc. Gallina.

Petrus amat Christum propter bonitatem ipsius. sc. Christi.

Joseph sedit Domino non suum, sed eius filium dilectum, in quo ei bene complacuit. Bernhard. sermon: 1. de Purif.

Si verò Possessio referatur ad personam primo loco positam, SUUS potius usurpatur. *ut:*

Deus tuetur hominem propter bonitatem suam. sc. Dei tuentis.

REGULA X.

† Quoties Nominativus vel Accusativus præcedit Præpositionem INTER, tunc per Reciprocum SE loquuntur Autores. *ut: Omnes partes inter se quodam lepore consentiunt. Cic. 1. off. Damonem & Pythiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse. Cic. 3. Off.*

Si verò præcedit Genitivus, Dativus, vel Ablativus; tam Relativis, quam Reciprocis
tui

tui solent. ut: *Vetus verbum est: Communia esse amicorum inter se omnia. Ter. Ad 5.3. Grammaticis inter ipsos, & Philosophis pugna est. Quintil. 8. 6.*

REGULA XI.

Δ Quando de duobus loquimur; Pronomen Reciprocum refert principale suppositum Verbi. ut: *Petrus diligit Iohannem, & filium suum. sc. Petri.*

Relativum autem respicit Obliquum à Verbo gubernatum. ut: *Petrus diligit Iohannem & filium eius, sc. Iohannis. Cepit ursam, & catulos eius. sc. ursæ. Non, suos.*

REGULA XII.

† Quisque, & Unusquisque, Reciproco Pronomine gaudent. ut: *Quisque suos patimur manes. Virg. 6. Æn: Quisque sibi placet, & sapiens sibi quisque videtur. Paling. l. 8. Est suus unicuique locus. Hor. l. 1. sat. 9.*

CAPUT IX.

SYNTAXIS PRONOMINUM

Transitiva.

REGULA I.

† Genitivi *Mei, Tui, Sui, Nostri & Vestri*, subjiciuntur Nominibus Affectuum, ¹ & similibus, quando Passivè significant. ut: ²
Victus amore tui. [II. Æn.] i. e. qvo tu amaris.
Ne studio nostri pecces. Horat. l. 1. ep. 13. i. e. eo studio qvo nos observamur.

S 4

Inter-

Interdum & Possessiva accedunt. ut:
Vehementerq; tua sui memoria delectatur. Cic.
Att. l. 13, ep. 1. i. e. quatu ipsum prosequeris.
Grata mihi est vehementer memoria nostri tua.
Cic. l. 12. ad Cornif.

△ At cum Substantivis Facultatem significantibus, licet Adjectiva Passivæ significationis recipiant, tamen sensum Activum exhibent. ut:

3. *Quocunqve tempore mihi potestas presentis*
tui³ fuerit. Cic. 1. ep. 9.
4. *L. Crassum quasi colligendi sui causa² se in Tu-*
sculanum recepisse. Cic. lib. 1. de Orat.
5. *Copia placanda⁵ sit modo parva tui. Ovid.*
ep. Acontii.

† *Quæ vocas Nomina Affectuum?*

Amor, Odium, Charitas, Desiderium, Ti-
mor, Metus, Cura, Memoria, Ignoratio, Vindi-
cta, Studium, & similia.

† *Quæ vocas Nomina Facultatem signi-*
ficantia?

Copia, Potestas, Facultas, Causa, Gratia, & si-
milia.

REGULA II.

† Genitivi *Nostrum* & *Vestrum*, in Partiti-
 onibus usurpantur. ut: *Nemo nostrum tui cau-*
sarupturus est suos ramices. Quis vestrum?
Uterque vestrum. Maior vestrum pars.
Maximus natu vestrum.

Non

Non, *Nostri, aut Vestri.*

Sic Partitivè etiam significant cum Genitivis, *Singulorum, Ultriusque, Omnium, Paucorum, Multorum, & similibus.* ut: ¹ *Memor singulorum vestrum, vel, Omnium vestrum. i. e. inter vos.*

Absolutè verò rectè dicitur: *Memor vestri. Oblitus vestri.* Non, *Memor Vestrum. Oblitus vestrum.*

Sed utrumque rectè dicitur: *In medio nostri aut vestri.* Et, *In medio nostrum aut vestrum.*

Δ N O T A. Cicero etiam extra Partitionem dixit: *Frequentia vestrum incredibili.* Phil. 4. *Noli me ad contentionem vestrum revocare.* Pro Plancio.

Possumus eripere orationi contentione vestrum.
Ibid.

REGULA III.

† I D E M, cum Dativo apud Poetas reperitur. ut:

Invitum qui servat, idem facit occidenti. Horat.

Oratores autem plerumque sic loquuntur. *Peripatetici quondam iidem erant qui Academici.* Cic.

Dianam & Lunam eandem esse putant. Cic.

Num propterea idem Voluptas est quod, ut ita dicam, Indolentia? Cic. 2. Fin.

□ De *Idem cum hoc*, dictum suprâ in Regula de Nominibus cum Dativo.

Hæc de Pronominum Syntaxi.

CAPUT X.

SYNTAXIS VERBORUM

cum Interrogativis in Genere.

REGULA I.

† Interrogativa, quando verè interrogant, Indicativum, ¹ vel etiam Potentialem ² asciscunt. ut :

Quid agis? Quotus es?

Unde venis? Ubi es?

Quotus quisque id fecisset? Quid agam?

Cur ego id curem? An non totis sex mensibus prius idolfecissem? Ter. Ad. 3. 4.

REGULA II.

† Interrogativa, quando non interrogant, sed Indefinitè significant, Coniunctivum asciscunt. ut :

Vide quid agas. Novite, qualis & quantus sis. Dic, Iuvenem cur properes amando perdere?

Horat.

Admodum incertò scio, quotas ades dixerit.

Plaut. Pseud. 4. 2.

Scribe, ubi nunc vivas, ut valeas, & quando huc venturus sis.

Scribe, an acceperis meas literas.

△ Nonnunquam tamen Græcorum more etiam Indicativus sequitur. ut: *Nescio quid maius nascitur Iliade. Propert: lib. 2. el. ult.*

Quis justius induit arma, Scire nefas. Lucan. lib. 1.

Quando

Quando autem Relatè significant, Indica-
tivum habent. *ut : Ubi est thesaurus tuus, ibi &
cor tuum. Sursum corda habeamus, ubi Chri-
stus est.*

Quot cælum stellas, tot habet tua Rôma puellas.
Ovid.

CAPUT XI.
SYNTAXIS VERBORUM

Finitorum ¹ Personalium. 1.

Intransitiva.

REGULA I.

* Nominativus præcedit Verbum Persona-
le finitum, simili numero & persona. *ut :*
Ferrum tuetur principem ; Melius Fides.

² Ego lego. ² Tu scribis. ² *Qui habet aures, au-
diat.* 2. 2. 2.

† Sed utimur Verbis primæ & secundæ per-
sonæ, dissimulatis ferè ³ Pronominibus. *ut :* 3.

*Vivo equidem, vitamq; extrema per omnia
duco. Virg. 3. Æn.*

*Tum denique Homines nostra intelligimus bona,
Quum quæ in potestate habuimus, ea amisimus.
Nescis quem fugias.*

† Nonnunquam Infinitivus, aut tota ora-
tio siue Finita, siue Infinita, pro Nominativo
Græca consuetudine ponitur. *ut :*

Scire tuum nihil est. Velle suum cuique est.
Persf.

*Dolet Turcis, quod ab obsidione Viennensi repulsi
sunt. Didicisse fideliter artes, Emollit⁴ mores.* 4.

Huc

† Huc pertinent etiam voces materialiter acceptæ. ut:

Amo, est Verbum.

Animal, est Generis Neutri.

Amare, est Infinitivus.

5. Δ Notentur & Verba Exemptæ actionis, quorum Tertiis personis absolutè sine Nominativo utimur, qui καὶ ἁποφρασεως subintellegendus est. ut: *Tonat, Pluit, Ningit, Diescit, Vesperascit, &c. q. dicas, Aqua pluit. Cælum tonat, fulgurat, &c. Vel etiam, Deus pluit, tonat, &c. Lucefcit, i. e. lux oritur. Diescit, Dies ingruit: Noctescit, Nox ingruit.*

Sed tamen & in horum aliquibus, Nominativam materiæ expressè additum invenias. ut: *Tibull. l. 2. el. 6. Multus ut in terris deplueritq; lapis.*

Sic & quæ per Ellipsin dicuntur, *Aiunt, Dicunt, Ferunt, Perhibent &c.* Est enim integrum: *Homines aiunt &c.*

REGULA II.

† Duo vel plura Singularia Substantiva, ferè Verbum plurale postulant. ut: *Furor iraq; mentem precipitant. Virg. 2. Æn.*

Tanto magis diversorum numerorum Nominativis inter se junctis infertur Verbum plurale. ut: *Milites & imperator pugnant.*

Terra Nabis & Lacedæmonii, mari Romana classis urgebant Liv. l. 2. dec. 4.

1. Δ Sapè tamen etiam Verbo Singulari contenta sunt, maximè ubi de rebus inanimis est

est sermo. ut: *M*

nibus est

Quorum aut

ret. C

Interdum &

Egit Pater & F

lib. 15.

Dionysius nost

non re

Att.

Dux & autor

Interceder

Verbo plurali

Romo cum fr

i. E

Oratores verb

Occisus est

Domitius ce

Cic. ad

Tu ipse, cum

Cic. A

R

** Som. Eio, E*

Nasor, i. habet

vum. i. ut:

Ita furor brevis

Meus frater q

Quærebis, qu

tiar fore

Tu evades civ

Pater suus mi

est

est sermo. ut: *Mens, & ratio, & consilium in Senibus est.* Cic. de Sen.

Quorum aures atque animus à nobis abhorret. Cic. ad Octav.

Interdum & de rebus animatis. ut:

Egit Pater & Filius, ut tibi sponderem. Cic. Att. lib. 15.

Dionysius noster qui est nobiscum, & Nicias Cous, non rebatur oppidum esse Pirææ. Cic. Att. lib. 7.

Dux & autor nobis opus est.

Intecedente Præpositione CUM, Poetæ Verbo plurali ² interdum utuntur. ut:

Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt. Virg. 1. Æn.

Oratores verò Singulari. ut:

Occisus est cum liberis. Cic. 1. Catil.

Domitius cum Messala certus esse videbatur. Cic. ad Q. Fr. l. 3.

Tu ipse, cum Sexto scire velim, quid cogitas. Cic. Att. l. 1.

REGULA III.

* *Sum, Fio, Forem, Evado, Existo, Maneo, & Nascor,* ¹ habent ante & post se Nominativum. ² ut:

Ira furor brevis est. Horat. l. 1. ep. 2.

Meus frater quotidie fit doctior.

Querebas, quis aut hoc miserior, aut illo beator foret. Cic. de Fin.

Tu evades vir doctus.

Pater tuus mihi exiit autor huius rei.

Terra

Terra manet immobilis. Cic. somn. Scip.

Tullia nata fuerat homo.

NOTA. † Verbum SUM diversis numero Nominativis interpositum, regulariter cum antecedente convenire debet. ut :

Nuptiæ sunt res honesta.

Copulatio legitima maris & femina dicitur Nuptiæ.

Aliquando tamen cum posteriore convenit præsertim apud Poetas. ut :

Omnia pontus erat. Ovid. 1. Met.

Uror, & insidiæ sunt pudor ille meæ. Ovid. l. 2. Am. el. 4.

Amantium iræ amoris integratio est. Ter.

Vestes quas geritis, sordida lana fuit. Ovid.

REGULA IV.

* Verba Passiva Nuncupandi, Existimandi, & Cognoscendi, utrinque Nominativum admittunt. ut :

Electus Saxonie vocatur Præfectus Prætorii.

Aristæus inventor olivæ dicitur.

Ille salutatur Doctor.

Via nomen habet Lactea. Ovid. 1. Met.

Carolus designatus est Imperator.

Themistocles quum recusasset tyrannum, habitus est indoctor. Cic. 1. Tuscul. quæst.

Ille vult videri pius.

NOTA. Δ Participia Verborum Nuncupandi, in Vocativo Casu posita, nihilominus Nominativum post se recipiunt. ut :

Salve

Salve, primus omnium Parens Patriæ appella-
te. Plin. de Cic.

† Observeat autem hic Pueri Nominandi
formulas. Dicunt enim Latini variè:

Est mihi nomen Pomponius. ¹

1.

Est mihi nomen Pomponii. ²

2.

Est mihi nomen Pomponio. ³ Qua formula
maximè delectantur Eruditi.

3.

Vetus est ⁴ quod Livius dixit [lib. 1. ab U. C.]

4.

Cui Ascanium Parentes dixerunt nomen.

□ *Quæ sunt Verba Nuncupandi?*

Appellor, Dicor, Feror, Jactor, Nominor, Co-
gnominor, Indigitor, Nuncupor, Perhibeor, Vocor,
Audio, 5 [in passiva significatione pro Dicor,] Creor,
Designor, Renunciator, Eligor, Salutor, Inscribor, & si-
milia.

5.

□ *Quæ sunt Verba Existimandi?*

Censeor, Credor, Existimor, Habeor, Reputor,
Numeror, 6 Videor, Judicor, Appareo, & simi-
lia.

6.

□ *Quæ sunt Verba Cognoscendi?*

Cognoscor, Invenior, 7 Repetior, Deprehendor,
Evincor, Arguor, & similia.

7.

REGULA V.

† Verbum Personale finitum sequitur ali-
quando Nominativus, qui statum aut gestum
aliquem rei significat. ut:

Dormit securus. Sic fatur lacrimans.

Bibit jejunos. Incedit sordidatus.

It cubitum incœnatus. Audivi hoc puer.

Pronusq; magister volvitur in caput. Virg.

1. Æn.

Ejectos.

Ejectoq; incumbit cernuus armo. Virg. 10. Æn.
Tertius ut venias, Selbdritte. Sidon: carm. 20.

1. Δ Huc pertinent & illa, in quibus Nomina pro Adverbiis Græcorum more¹ usurpantur. ut:

2. *Antè tibi Eoæ² Atlantides abscondantur. Virg.*

1. *Georg.*

Nec minus Æneas se matutinus agebat. Virg.

8. *Æn. pro manè.*

REGULA VI.

† Vocativi absolutè, ornatus vel affectus causa in oratione ponuntur, sequentibus ple- runque Verbis secundæ personæ. ut:

Ego verò, Servi, vellem, in meo gravissimo casu affuisse. Cic. lib. 4. ep. 6.

Eripe, nate, fugam, finemq; impone labori. Virg. 2. Æn.

Nate Dea, quò fata trabunt retrabuntq; sequamur. Virg. 5. Æn.

3. Huc pertinent & illa, in quibus Vocativi non expressè³, sed καθ' ἑωυτοῦ, sive ut vocant, implicite ponuntur. ut:

Durate, & vosmet rebus servate secundis.

1. *Æn.*

Ferte citi flammæ, date vela, impellite remos.

REGULA VII.

Δ Verba quæ Intellectum, sensum, aut notitiam significant, Græcorum more interdum post se Nominativum Participii regunt, pro Accusativo cum Infinitivo ESSE aut simili.

ut:

ut. Scripserunt de
de lapsum esse.

Talis Verba

CA

SYNTAXIS
nitorum In

Δ Genitiver
Per

Quadrupl
construuntur cu
Dativo, quædam
cum Ablativo.

SYNTAXIS
CUM

R.
* Genitivum po
do possessionem
canc. ut:

Hæc vestis est P

Hæc imago est C

Demetrius. Est

de. 4.

† Pertinent hæc

ESSE, idem quod

ficat, junctum Ge

quente plerumque

Boni passivus est

Son. Tibet. c. 2.

ut. Sensit medios delapsus in hostes. Virg. pro, se delapsus esse.

Talia Verba Græcis *ἰναισθητὰ* dicuntur.

CAPUT XII.

SYNTAXIS VERBORUM FINITORUM IMPERSONALIUM TRANSITIVA.

Δ *Quotuplex est Syntaxis Verborum Finitorum Personalium Transitiva?*

Quadruplex. Quædam enim Verba construuntur cum Genitivo; quædam cum Dativo; quædam cum Accusativo; quædam cum Ablativo.

SYNTAXIS VERBORUM CUM GENITIVO.

REGULA. I.

* Genitivum postulant, *Sum, Forem, Fio*, quando possessionem aut proprietatem significant. ut:

Hæc vestis est Patris.

Hæc imago est Caesaris.

Demetrius Aetolorum¹ facta est. Liv. l. 5. 1.

† Pertinent huc & illa, in quibus verbum ESSE, idem quod *Facere² seu Pertinere* significat, junctum Genitivo rei aut personæ, sequente plerumque Infinitivo facti. ut:

Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere. Suet. Tiber. c. 32.

T

Tur-

Turbare volunt concordiam ordinum, quam dissolvende maxime iribunitia potestatis renture esse. Liv: l. 5.

3. Sed Nomina aut Pronomina Possessiva, in eodem³ Casu cum Substantivis ponuntur, ut:

Hic enstis fuit Evandrius.

Hec vestis est mea, tua, nostra, vestra, &c.

Cuium hoc est pecus?

REGULA II.

1. † SUM asciscit Genitivum¹ vel Ablativum Substantivi Adjectivo formati, quum formam aut qualitatem alicuius describimus. ut:

Quum faciem videas, videtur esse quantivis precii. Ter. And. 5. 2.

2. *Cicero erat tenuissima² valetudine. Cas. l. 5. de bell. Gall.*

Ab aspectu non aliter probari debet, quam ut sit amplissimi corporis, cervice valida. Colum: lib. 6 c. 37.

△ Usus tamen in his consulendus est. Nam solo Genitivo dicimus: *Sum nullius consilii, quantivis precii; iucundi odoris, saporis; cibi minimi, &c.* Contrà, solo Ablativo efferuntur: *Esse animo bono, magno, lato, hoc, forti, virili, presenti, vacuo, &c.* *Sum magna animi perturbatione. Mira sum alacritate; Cic: Att. l. 2. ep. 7. Incredibili sum sollicitudine. Sum magno dolore. Et multa id genus alia.*

Sed tamen interdum accedit Præpositio IN. ut:

Magna

*Magnam multitudine
Esse eodem volumine
na, opinione
ma; Cic: 2
Esse eodem celeritate*

RE

* Verba Memorabilia
vel Accusativum
sitione DE, ut

Memini¹

Recordor²

Admoneo³ te

Commoneo te

Commonefacio te

Otia delictant,

Tristitia

† Reminiscor

nitivum vel Accusativum

Reminiscor } b

Obliviscor } b

Oblitos fame

4. An:

Hinc jam obtriviscere

Singularis est:

Veni mihi in mentem

Et cum Infinitivo:

vri. Cic: de

REG

Magna in castitia sum. Cic: 2. Phil.
Esse in eadem voluntate; Cic: l. 11. ep. 13. senten-
tia, opinione; Cic: Att: l. 8. ep. 15. infam-
ia; Cic: 2. Att: 12.
Esse in eodem scelere. Cic: pro Sylla.

REGULA III.

* Verba Memoriae recipiunt Genitivum, vel Accusativum, vel Ablativum cum Praepositione DE, ut:

- | | | |
|--------------------------------|---|----|
| <i>Memini</i> ¹ | } <i>huius rei; & hanc rem & de hac re.</i> | 1. |
| <i>Recordor</i> ² | | 2. |
| <i>Admoneo</i> ³ te | | 3. |
| <i>Commoneo</i> te | | |

Commonefacio te }
Otia deleſcent, admoneantq; mei. Ovid: 1.
Trist. el. 6.

† *Reminiscor & Obliviscor*, asciscunt Genitivum vel Accusativum tantum. ut:

- | | |
|-------------------|-------------------------------------|
| <i>Reminiscor</i> | } <i>huius rei; & hanc rem.</i> |
| <i>Obliviscor</i> | |
- Oblitos fame melioris amantes. Virg:*
 4. *Aen:*

Hinc jam obliviscere Graios. Virg. Aen: 2.

Singulare est:

- | | | | |
|-----------------------------|------------------------------|--------------------------------|-------------------------------|
| <i>Venit mihi in mentem</i> | } <i>ea res.⁴</i> | 4. | |
| | | } <i>eius rei.⁵</i> | 5. |
| | | | } <i>de eare.⁶</i> |

Et cum Infinitivo: *Venit mihi in mentem v-*
reri. Cic: de Clar. Orat.

REGULA IV.

T 2

Reci-

† Recipiunt & Genitivos vel Ablativos promiscuè, quæ curam aut perturbationem aliquam animi significant. ut:

Discrucior animi, & animo.

Animiq; sese angebat. Ter. Heaut. initio.

Angor animo. Cic. de Clar. orat.

Pendeo animi. Cic. l. 8. ep. 5. Pendemus animis. l. Tusc.

Territus animi. Liv. l. 7. dec. 1.

1. Δ Sed *Misereor*, ¹ *Miserefco*, & *Satago*, Genitivum tantum admittunt. ut:

Nil nostri miserere, mori me denique cogit. Virg. 2. Æl.

Neminis misereri certum est, quando nemo mei miseret. Plaut. Capt.

Arcadii quæso miserescite Regis. Virg. 8. Æn.

2. *Etsi is rerum suarum satagit. 2. Ter. Heaut.*

2. 1

At *Miseror, aris*, quod *Deploro* significat, Accusativum asciscit. ut: *Cum familiaribus suis commune periculum miserabantur. Casar lib. 1. de bell. Gall.* Sicut & quando Poetis pro *Misereor* usurpatur. ut:

Phæbe, graves Troie semper miserate labores. Virg. 6. Æn.

Erubescio autem, modò Genitivum, modò Accusativum asciscit. ut:

Dignus omni malo qui erubescit fortuna. Curt. lib. 5.

Affines te erubescunt. Cic. in Vatin.

Epicurus

Epicurus voluptatibus omnibus

Aliqua ex his

ponuntur. ut:

& misericors ut

va res. Ter.

Fræstra & tem-

schiffig.

R

† Eliman

vum rei altima

asciscunt, Mag

Pari, Minoris, M

ti. Quædamque

Terenci, Nihil,

Magis affima

Merito te semp

Andr.

□

Edimo, Duo

in conveniente lig

frumentum s; ca

in Terr.

Not a. Δ

lativos, Magno

precio, Nihil, ut

Data magno

Non nihilo) b

4. Em.

Dicimus etiam

divitias omne

Epicurus voluptates non erubescens persequitur omnes nominatim. Cic. de nat. Deor.

Aliqua ex his interdum etiam absolute ponuntur. ut: *His lacrimis vitam damus, & miseresimus ultro. Vir. z. Æn. Erubait, salva res est. Ter:*

Frustra & temerè satagit. Er ist vmbsonst geschäfttig.

REGULA V.

† *Æstimandi*¹ Verba, præter Accusativum rei æstimata, hos ferè Genitivos precii asciscunt, *Magni, Maximi, Pluris, Plurimi, Parvi, Minoris, Minimi, Tanti, Tantidem, Quantii, Quanticunqve, Nauci, Flocci, Pili, Lucri, Assis, Teruncii, Nibili, Huius demonstrativè.* ut:

*Magni æstimabat*² pecuniam. *Cic. de Fin.* 2.
Merito te semper maximi feci Chreme. Ter. Andr.

□ *Quæ sunt Verba Æstimandi?*

Æstimo, Duco, Facio, Habeo, Pendo, Puto, Sum, 3. in conveniente significatione, i. e. æstimor. ut: *Quantii frumentum sit, considera. Video esse binis sestertiis. Cic. in Verr.*

NOTA. Δ *Æstimo* recipit etiam hos Ablativos, *Magno, Permagno:* 4. *Parvo & Magno precio, Nibilo.* ut:

Data magno æstimas, accepta parvo. Seneca.
Non nibilo bonam valetudinem æstimo. Cic. 4. Fin.

Dicimus etiam: *Pro nibilo habeo [duco, puto] divitias omnes, præ virtute.*

T 3 † Singu-

† Singularia sunt: *Æqui boniq; facio. Æqui boni facio. Boni consulo.*

REGULA VI.

1. * Accusandi ¹ Verba, Damnandi, & Absolvendi, præter Accusativum personæ, asciscunt Genitivum Poenæ aut Criminis. *ur:*

Qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet. Plaut. Trucul:

Albacilla defertur impietatis in Principem. Tac. l. 5.

Sceleris condemnat generum suum. Cic: l. 14. ep. 14.

Damnatos ² voti. Liv: l. 7. aall C.

2. *Senatus neque liberavit ³ eius culpa Regem, neque arguit. Liv: lib. 1. dec. 5.*

3. *Invenimus, Egnatii uxorem, quum vinum bibisset è dolio, fuste interfectam à marito, eumq; cadis à Romulo absolutum. Plin. lib. 14. cap. 13.*

□ *Quæ sunt Verba Accusandi?*

4. Accuso, Arcesso, Anquiro, Arguo, Alligo, Astringo, Coarguo, Defero, Incuso, Infamo, Infimulo, Noto, Postulo, Absolvo, Libero, Dainno, Condemno, Convinco, Obligo, Obstringo, & similia. 4

5. NOTA. † I. Genitivus CRIMINIS, maximè cum his Verbis, *Accuso, Arguo, Defero, Postulo, Expostulo, Appello, Inquiro, Absolvo, Damno, Condemno*, in Ablativum cum Præpositione DE mutari potest. *ur: 5*

Expostu-

Exposulavi mecum de non misis literis.

Postulatus de repetundis. Cic: l. 8 ep. 8.

Hoc ipsum tamen nomen CRIMEN, etiam Ablativo, sine Præpositione effertur. 6.

ut :

Condemnabo eodem ego te crimine. Cic: l. 2. ep. 1.

Arguimur lente crimine pigritia. Mart: lib. 11 ep 80.

Cicero etiam Præpositione IN usus est, ad Q. Fr. lib. 2. ep. 6. *Primum me tibi excuso in eo ipso, in quo te excuso.*

△ II. *Absolvo, Solvo, Libero, Alligo, Astringo, Arguo, Damno, Condemno, Culpo, Multo, Noto, Obligo, Obstringo*, Ablativum poenæ aut criminis, sine Præpositione admittunt.

ut :

Atque hunc ille vir summus, scelere solum, periculo liberavit. Cic: pro Mil.

Ego me et si peccato solvo, supplicio non libero. Liv: l. 1. ab U. C.

Damnabis tu quoque votis. Virg: 2. Col. 2.

Sic dicimus etiam: *Capiet aliquem damnare, punire, pleetere. 7.*

△ III. *Tencor*, Passivum Verbum, etiam ad crimen vel reatum spectat, cum Genitivo. 8.

ut :

Si pignore creditor utatur, furti tenetur. Caius l. 47. Pand.

Debitori iste tenetur furti. Pomponius ib:

Teneri damni, commodati, depositi. Ibid:

CAPUT XIII.

SYNTAXIS VERBORUM
cum Dativo.

REGULA I.

1. * Quodlibet Verbum¹ admittit Dativum
personæ aut rei, cui qualicunqve modo ali-
quid acquiritur vel adimitur. *ut* :²
2. *Tribuo illi eruditionem. Cic: de clar. Or.*
Dono tibi librum. Gero tibi morem.
Detraho tibi partē oneris. Adimo tibi curas.
3. *Dare alicui pecuniam mutuam.*³ *Cic. Att. l. II.*
4. Sic & absoluta pleraqve. *ut* :⁴ *Benedico tibi.*
Maledico illi. Obsequor patri.
Glycyrrhiza medetur tusti. Assentior Catoni.
- NOTA. † A SUM Composita, pro
Dativo etiam alios Casus admittunt, acce-
dente Præpositione. *ut* :⁵
5. *Nec in Antonio defuit hic ornat us. Cic:*
Paucæ sententiæ ad Consulatum defuerunt.
Cic:

REGULA II.

- * Verbo EST Habendi significatione,
cum Dativo Possessoris utimur. *ut* :
- Est mihi namqve domi pater, est injusta no-
verca. Virg. Ecl. 3.*
- An nescis, longas Regibus esse manus? Ovid:
epist: Hel.*
- Tecum habita; & noris, quàm sit tibi curta
supellex. Pers. sat. 5.*

† Sic

† Sic & aliàs, etiamsi Habendi significatio cesset. ut:

Natura tu illi pater es, consiliis ego. Ter. Ad.

Eris mihi magnus Apollo. Virg. Ecl. 3.

Homo Homini vel Deus vel Lupus est.

REGULA III.

* Quibusdam Verbis, gemini Dativi adduntur, quorum alter personam, alter commodum aut incommodum significat. ut:

Est mihi lucro, odio, honori. Cui bono est?

Misit } mihi librum dono.
Dedit }

Hoc cedit tibi honori.

Vertit id mihi vitio. Ducit id sibi laudi, damno.

† Interdum Dativus Personæ dissimulatur. ut:

Maximo est argumento, quod nuper contigit.
Cic. de Divin.

Quæ domus ipsa erat indicio tui crudelissimi
Tribunatus. Cic. pro domo.

Huc pertinet & Ellipticum illud: *Homo frugi; Homo bonæ frugi; pro, qui est frugi, aut bonæ frugi, i.e. emolumento sibi & aliis.* Sicut, *Qui est moræ, Qui est noxæ.* Nisi 70 Frugi Adjectivum indeclinabile esse velis, si epitheton omittatur.

Quædam etiam bifariam efferuntur. ut:
Noxæ esse. Liv. l. 10. ab U. C. Esse in noxæ. Liv. l. 2. dec. 4.

Moræ esse. Esse in moræ. Cic. l. 10. ep. 31.
T 5 Regula

REGULA IV.

1. Δ Nonnuquam Dativus¹ Verbis adjicitur, loco Accusativi, vel Ablativi cum Præpositione. ut:

It clamor cælo. 5. *Æn*: pro, ad cælum.

Belloq; animos accendit agrestes. 7. *Æn*: pro, ad bellum.

Neque cernitur ulli. 1. *Æn*: pro, ab ullo.

Solus tibi certet Amyntas. *Virg*: 5. *Ecl.* pro, tecum &c.²

2.

REGULA V.

Δ *Adular*, *Allatro*, *Antecedo*, *Anteeo*, *Antesto*, *Antevenio*, *Anteverto*, *Attendo*, *Curo*, *Deficio*, *Despero*, *Illudo*, *Incessit*, *Insulto*, *Medicor*, *Moderor*, *Occumbo*, *Præcedo*, *Præcurro*, *Præeo*, *Præsto*, *præstolor*, *Studeo*, *Tempero*, eadem significatione, modò Dativum, modò Accusativum admittunt. ut:

Adulari alicui. *Quintil*: 9.3.

Adulantem omnes vidi. *Cic*: in *Pison*.

\square *In Capitolinam intempesta nocte eunti, nuquam Canes allatraverunt.* *Plin*:

Allatrare eius magnitudinem solitus erat.

Liv: 1.8. *bell Mac*.

Si huic res illa antecedit. *Cic*: *Top*.

Gracchum etate antecedens. *Cic*: de *clar. Or*.

Præstantia animi omnibus bonis corporis anteit.

Cic: 5. *Fin*.

Qui anteire ceteros virtute putantur. *Cic*:

2. *Off*.

Crotoniatæ omnibus corporum viribus antefeterunt. *Cic*: de *Inv*.

Ex

- Ex iis [infulis], Codanonia, ut magnitudine
alias, ita fecunditate antestat. Mela l. 3. c. 6.*
- Tempori huic anteveni. Plant. Trin.*
- Exercitum Metelli antevenit. Sal. Jug.*
- Mirror, ubi ego huic anteverterim. Ter Eun.*
- Damnationem veneno antevertit. Tacit.*
- Ne sermonibus quidē malignis attendis. Pli. l. 7.*
- Attendit iuri. Svet. Galba.*
- Attendo te studiosè. Cic: 3. Fin.*
- Attendite exitum. Cic: pro Cluent.*
- Curare aliquem aliquid.*
- Illis curandum censo. Plaut: Rud:*
- Solis hominibus, & eorum paucis curare.*
- Apul: apol:*
- Usque adeo meis rebus curas. Ib.*
- Plautus etiam dixit, Pseud: Ego pro me &
te curabo.*
- Quum non solum vires, sed etiam tela nostris de-
ficerent. Cæs: 3. bell. Gall.*
- Me dies, vox, latera deficerent. Cic: 4. Verr.*
- Suis fortunis desperare ceperant. Cæs. 3. bell.
Gall.*
- Desperare fugam. Cæs. 5. bell. Gall. Honores.
2. Catil.*
- Certant illudere capto. Virg: 2. Æn.*
- Ipsa verò præcepta, sic illudere solebat. Cic:
1. de Orat.*
- Gravior cura Patribus incessit. Liv: l. 1. ab U. C.*
- Incessit Regibus discordia. 4. Georg.*
- Incessit hominibus sterilitas annonæ. Colū: 22. 10.*
- Magnus plebem metus incessit. Liv.*
- Nova nūc religio te ist hac incessit. Ter: And. 4. 4.
Insut-*

Insultat uri omnium capitibus. Sueton :

Insultare bonis. Liv : l. x. ad U. C.

Multos à pueritia bonos insultaverat. Salust :

2. *Insultare fores² calcibus. Ter : Eun.*

Gnato ut medicarer tuo. Ter :

Senibus medicantur anhelis. Virg :

Medicari cuspidis ictum evuluit. Virg :

Moderari ira. Horat : animo & orationi, Cic :

Venti & tempestates res rusticas moderantur.

Cic :

Certa occumbere morti. Virg :

Propatria mortem occumbere. Cic :

Vestra fortuna meis praecedunt. Plaut :

Helvetii reliquos Gallos virtute praecedunt.

Cas :

Præcurrere cognitioni, & praeceptioni; aliis studio. Cic :

Horum uterque Isocratem etate praecurrit.

Cic :

Ne appetitus rationem praecurrat. Cic : 1. Off.

Ut vobis voce praevenerit, quid judicaretis. Cic. pro

Mil :

Ver praestastatem. Ovid :

Praestast verba, quibus me pro legionibus devoveam. Liv :

De scripto praestast aliquem. Plin : 28. 2.

Homo homini quid praestast ? Ter.

Virtute militum Romani Rhodios praestabant.

Liv :

3. *In Formiano tibi³ praestolor, usque ad tertium*

Nonas Maii. Cic : 2. Att.

Esse

*Esse premissos, qui tibi ad Forum Aurelium
praestolarentur armati. Cic: 1. Catil.*

Quem praestolare Parmeno hic ante ostium?

Ter:

Medicinae studuit. Quintil:

Literas studere incipit. Cic: post red.

Non equidem hoc studeo. Pers. sat. 5.

Temperare sibi. Cic. Linguae. Plaut.

Temperare victoriam. Cic:

□ His annumerandum videtur & *Antecello*, quod quidem Dativo junctum frequentius reperitur. Nec tamen Accusativum, planè ab eo alienum fuisse, ex Passivo patet. *Autor ad Heren: l. 2. An ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur.* Et usurpavit sanè ita Erasmus de *Cop. Verb. Plato Ciceronem antecellit eruditione*; haud dubiè secutus Augustinum, *lib. 6. Mus. Consule libros, quos nulla antecellit autoritas.* Et *Pracello*, cum Dativo invenitur, De Accusativo nòdum constat.

□ His similia sunt & alia Verba, quæ in eodem ferè sensu diversos Casus asciscunt, ut:

Allatum est nobis.

Allatum est ad nos.

Aspergo tibi labem.

Aspergo te labe.

Audire aliquid ab aliquo.

Audire aliquid ex aliquo.

Sum audiens dicto Praetoris.

Sum tibi dicto audiens.

Consi-

Confidere alicui.

*Confidere corporis firmitate ; fama rerum ge-
strarum. Cas.*

Confidere de salute.

Confidere in aliquo.

Dare librum dono.

Dare librum in donum.

Dare filiam alicui uxorem.

Dare filiam alicui in uxorem.

Defendere iniuriam alicui.

Defendere iniuriam alicuius.

Defendere aliquem contra iniquos.

Defendere aliquem a periculo.

Dominari alicui. Cunctis dominabitur oris. 3.

Æn. Victis dominabitur Argis. 1. Æn.

Summa dominariver arce. 7. Æn.

Dominari in civitate.

Dominari in suos.

Dominari inter aliquos.

Vide infra Reg : 9. de Verb : cum Ablat :

4.

Dono tibi librum.⁴

Dono te libro.

Duco mihi laudi.

Duco mihi laudem. & in laudem.

Excellere ceteris dignitate.

Excellere aliis in aliqua re.

Excellere super omnes alios.

Excellere in aliqua re. prater ceteros.

Excellere inter omnes.

Habitare casas.

Habi-

Habitare in silvis.

Habitare silvis, terra, duabus urbibus.

Impertio tibi salutem.

Impertio te salute.

Induo vel Exuo tibi vestem.

Induo vel Exuo te veste.

Incido in as.

Incido in are.

Incido ligno, marmoris, ceris.

Incido in sepulcro, in basi trophaorum.

Inducere animum.

Inducere in animum.

Interdico tibi hac re.

Interdico tibi hanc rem.

Interdico tibi de Medicis.

Vide infra Reg: 8. de Verb. cum Ablat:

Ludo aleam.

Ludo pila, alea, tesseris.

Migrare domo.

Migrare ex urbe.

Voluptas migrat ab aure.

Migrare nidum. Gell: l. 2. cap. 29.

Mittere alicui.

Mittere ad aliquem.

Nitor hac re.

Nitor in hac re.

Nitor in hanc rem.

Nupta alicui.

Nupta cum aliquo.

Una apud duos nupta. Gell: l. 1. cap. 23.

Quero abs te; ab aliquo.

Quero

Quæro ex te.

Quæro de te.

Circa aliquem quippiam quærere.

De aliquare quærere.

Respondere literis.

Respondere ad literas.

Scribere alicui.

Scribere ad aliquem.

Vertere vitio.

Vertere in vitium.

Et quæ sunt huius generis alia, quæ usus & diligens Auctorum lectio docebit.

REGULA VI.

1. □ Sunt quædam Verba, quæ pro diversa significatione, diversos Casus ¹asciscunt, præcipuè nunc Dativum, nunc Accusativum, nunc Ablativum cum Præpositione. ut:
- Accedo tibi. i. e. assentior. Item accresco, accrementum fio.*

Accedo te, vel ad te. i. e. adeo, venio.

Æmulor tibi. i. e. invideo.

Æmulor te. i. e. imitor.

Animadverto aliquid. i. e. observo.

Animadverto in aliquem. i. e. punio.

2. *Ausculto tibi. ²i. e. obtempero.*

Ausculto te. i. e. audio.

Caveo tibi. i. e. provideo, ut amico.

Caveo aliquid. i. e. vito, declino.

Caveo te. i. e. vito te ut hostem.

Caveo à te. Idem.

Caveo de aliquare. i. e. cautionem facio.

Consulta

Consulo tibi. i. e. provideo vel prospicio tibi.

Consulo te. i. e. consilium peto à te.

Consulo in te. i. e. statuo.

Consulo boni. i. e. bonum judico.

Cupio aliquid. i. e. desidero, expeto.

Cupio tibi. i. e. faveo.

Deficit mihi. i. e. deest.

Deficit me. i. e. destituit.

Deficere ab aliquo. i. e. desciscere.

Do tibi literas. i. e. trado tibi aliò perferendas.

Do ad te literas. i. e. scribo ad te.

Faenero vel Faeneror tibi. i. e. do tibi ad usuram vel lucrum.

Faeneror abs te. i. e. faenori accipio, seu ad usuram.

Horrere alicui. i. e. timere alicui. Plin. in Paneg.

Horrere aliquem, ut hostem.

Impono aliquid tibi, vel in te. i. e. superimpono ut onus.

Impono tibi. i. e. decipio te.

Incumbo alicui. i. e. innitor, qvo ad corpus.

Incumbo cogitationi, labori. i. e. operam impendo, qvo ad ad animum.

Incumbo in aliquid } i. e. obnixè operam do.

Incumbo ad aliquid }

Interest. i. e. interponitur.

Interest inter hoc & illud. pro. differentia est.

Interest huic vel hoc. i. e. differt.

Interest Reipub. vel meâ, tuâ. i. e. refert seu utile est.

Interesse alicui rei, vel in aliqua re. i. e. adesse.

V

Maneo

Maneo, absolute pro Commoror.

Maneo te. i. e. expecto te.

Mereor aliquid, de mercede.

Mereor de te. i. e. Commodo vel Incommodo tibi.

Vide infra Reg. 12. de Verb. cum Ablat.

Metuo tibi. i. e. sollicitus de te sum, ut amico.

Metuo te, vel a te. ut hostem, vel ab hoste,

Periclitor aliquam rem. i. e. tento vel experior.

Periclitor in aliqua re. i. e. experimentum quero.

Periclitor famam, capite, siti, morbo. i. e. periculum subeo.

Periclitor ex Canis morsu.

Vide infra Reg. 11. de Verb. cum Ablat.

Prospicio meam salutem. i. e. procuro salutem.

Prospicio novum periculum. i. e. praevidso.

Peto a te. i. e. rogo te.

Peto tibi librum. i. e. cupio dari.

Peto alicuius vitam. Peto aliquem gladio.

Quem petunt haec verba? Faurus petit il-

lum cornu. pro, Fero vel Impugno.

Peto templum. i. e. eo in templum.

Præstare rebus silentia. i. e. dare, concedere.

Præstare ceteris virtute } i. e. potiorem esse.

Præstare alios robore } i. e. potiorem esse.

Præstare se virum. Præstare Achillem. i. e. re-

presentare.

Recipio tibi. i. e. proximito.

Recipio aliquem. i. e. suscipio, vel iterum accipio.

Recipio me domum. i. e. confero me domum.

Refero tibi. i. e. reporto vel narro tibi.

Refero ad te. ut in consultationem.

Renuncio

Renuncio muneri.

Renuncio Conspicio.

Solvo tibi aliquod.

Solvo caput tuum.

Sudo alicui rei.

Sudo aliquam rem.

Sudo literas.

Vaco alicui rei.

Vaco in aliquo.

idem.

Vaco, absolute.

Non vacat mihi.

Vaco aliqua.

Vacat locus.

Valere ab oculis.

Valere a pecore.

Valere aliquando.

Valere ad aliquod.

titulum.

Valere alicui.

Valere aliquando.

Valere apud aliquem.

tare esse.

Valere deos alicui.

Valere seferre alicui.

Siccitiam. De tibi.

Facio alicui.

De tibi verum.

Facio alicui.

Et similia plurimum dabit.

Renuncio mulieri, hospitio. i. e. recuso.

Renuncio Consulem. i. e. declaro, proclamo.

Solvo tibi aliquid. i. e. numero seu satisfacio.

Solvo captivum. i. e. libero.

Studeo alicui rei. i. e. operam impendo.

Studeo aliquam rem. i. e. cupio vel affecto.

Studeo literas. i. e. disco studiosè.

Vaco alicui rei. i. e. operam do.

Vaco in aliquam rem, vel, ad aliquam rem.
idem.

Vaco, absolutè. i. e. otium habeo.

Non vacat mihi. i. e. non otium habeo.

Vaco aliqua re. i. e. careo.

Vacat locus. i. e. vacuus est.

Valere ab oculis, à morbo. i. e. à morbo liberari.

Valere à pecunia. i. e. locupletem esse.

Valere aliquid. i. e. aliquantùm excellentem esse.

Valere ad aliquid, in aliquid, eodem, pro an-
tidoto. i. e. utile esse.

Valere alicui. i. e. alteri prodesse.

Valere re aliqua, in re aliqua. i. e. excellere.

Valere apud aliquem. i. e. in gratia & autori-
tate esse.

Valet denos eris

Valet sestertius vicenis } in precio.

Sicetiam. Do tibi damnnum. i. e. noceo.

Facio damnnum. i. e. accipio jacturam.

Do tibi verba. i. e. decipio te.

Facio verba. i. e. loquor.

Et similia plura, quæ diligens lectio suppe-
ditabit.

CAPUT XIV.

SYNTAXIS VERBORUM
cum Accusativo.

REGULA I.

1. * Activa Verba omnia, Accusativum¹ patientis asciscunt. ut:

<i>Amo Deum.</i>	<i>Honora parentes.</i>
<i>Aro terram.</i>	<i>Bibo vinum.</i>
<i>Nosce teipsum.</i>	<i>Cedo librum.</i>

Sic & Deponentia, quæ Activè significant. ut:

2. *Amplector virtutem. Sequor² Ducem.*
3. *Imitor Ciceronem. Morsu depascitur³ artus.*
2. *Æn.*

† Excipe, *Benedico, Maledico, Persuadeo, Nubo, Infidior, & quædam alia*, quæ Dativo junguntur. Ea usus docebit.

REGULA II.

1. † Neutra quædam, imitatione Græcorum¹ asciscunt Accusativum vel suæ originis, vel cognatæ significationis.

2. Sui originis. 2 ut:
Servio servitntem. Plaut. Persa.
Furit furorem. 12. Æn.
Bello bellum. Liv.
Erro errorem. Gell.
Ludo lusum. Ter.
Gaudeo gaudium. Cæl. 1. 8. ep. 2
Pugno pugnam. Plaut.

Somno

Somnio somnium. Plaut.

Noceo noxam. Liv.

Iuro iusjurandum. Cic. 5. ep. 2.

Cognatae Significationis, 3. ut: 3.

Eo, Repo, Carro viam, Stadium, mille passus.

Pastillos Rufinus olet, Gorgonius hircum. Hor. 1. sat. 2.

Olet lucernam. Præluceo bonam spem.

Vivo etatem, Bacchanalia. Iuro Iovem lapidem.

Dormit somnum Epimenideum. Navigat æquor.

Redolet antiquitatem. Vineta crepat mera. Hor. 1. 1. ep. 7.

Idem faciunt & Deponentia, quæ Neutraliter significant. ut: *Seqvi sectam.*

Præliari prælium. Mori mortem.

NOTA. Δ I. Accusativus in Ablativum⁴ 4. aliquando vertitur. ut:

Diu videor vita vivere. Plaut. pro vitam.

Morte obiit repentina. Svet. Aug. 6. 4. pro, mortem.

Non licet recta ire via. Seneca pro, viam.

Δ II. Neutra⁵ & Deponentia frequenter 5. regunt Accusativos Pronominum Relativorum vel Demonstrativorum, & Nominum Indefinitorum. ut: 6.

Propter te hæc pecco. Plaut.

Ne quid peccetis, paveo. Plaut.

Illud non dubito. Cic. 1. ep. 15.

Δ III. Neutra, quæ Accusativum suæ originis aut cognatæ significationis admittunt,⁷ sæpè etiam in Tertia persona Passiva usurpantur, præcedente Nominativo. ut: 7.

V 3 Pugna

Pugna, summâ contentione pugnata. Cic. pro Mur.

Prælium malè pugnatum à suis Regem terrebat. Sal. lug.

Tota mihi dormitur hyems. Martial.

Nunc tertia vivitur ætas. Ovid.

Sic Evigilo, Festino, Propero, & quedam similia, quia interdum Transitive cum Accusativo usurpantur, etiam in tertiâ personâ fieri possunt passiva. ut:

Quos studium cunctos evigilavit idem. Ov. 1. Trist.

Evigilata tuis cogitationib. consilia. Cic. 9. Att.

Quas induat illa Festinat vestes. Ov. 2. Met.

Nec virgines festinantur. Tacit.

Quicquid agit, properat omnia. Plaut. Pæn.

Nisi voluntariam mortem propeavisset. Tac. 1. 2.

Delubra occultâ celeritate properantur. Plin.

REGULA III.

† Construuntur cum Accusativo vel Ablativo aliquando Verba Composita, vi Præpositionis cum qua sunt composita. ut:

Adeo patrem. Villam prætereo sciens. Ter. Eun.

Transiit metam. Prætervecti sumus scopulos. 5. Æn.

Ejecit eum sedibus suis. Pedem porta non extulit. Svet. Tib.

Quanta spe decidi. Ter. Magnis tamen excidit ausis. Ovid.

Ali-

Aliquando
res. ut:
dicendo ad præfiss.
Ejus est mar.

R
† Quæ men
frequentè Acc
vo cum Verbis
Quam abesse
15. ep.
Herina filia La
dico p
Ne longè inter
Ingribus; no
Ovi

Bidui spacio a
Δ Aliqua
Casui, ut:
Murrino ca
Quam à mil
lib.

† Cetera q
Accusativos
rum Rei, ut:
Ducote litera
Nulla salus bell
Etiã quan
personam au
Appositione,

† Cetera q
Accusativos
rum Rei, ut:
Ducote litera
Nulla salus bell
Etiã quan
personam au
Appositione,

Aliquando expressè adduntur Præpositio-
nes. ut:

Accedo ad pedes equas. Incidit in febrim. Cic.
Ejectus è mari. Milites ex oppido jussit
exire. Cas.

REGULA IV.

† Quæ mensuram aut spacium significant,
frequentè Accusativo¹ Casu, rarius Ablati-
vo cum Verbis junguntur. ut: 1.

Quum abessem ab Amano iter unius diei. Cic.
15. ep. 4.

*Hercinia silvæ latitudo novem dierum iter expe-
dito patet. Cas. l. 6. bell. Gall.*

Nec longis inter se passibus absunt. 11: Æn.

Iugeribus, novem summus qui distat ab imo.
Ovid.

Bidui spacio abest ab eo. Planc. Ciceroni.

Δ Aliquando Præpositio² addicitur utrivis
Casui. ut: 2.

Murrino capaci ad sextarios tres. Plin. 37. 2.

Quum à mille ferè passibus castra posuisset. Liv.
lib. 4. dec. 3.

REGULA V.

† Certa quædam Activa³ sunt, quæ duos
Accusativos asciscunt, unum Personæ, alte-
rum Rei. ut: 4.

Doceo te literas. Celo te culpam.

Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes.

Etiam quando uterque Accusativus⁵ eandè
personam aut rem, sive per ἐπεξήγησιν, i. e.
Appositionè, sive alia declaratione notat. ut: 6.

*Judico te beatum. Petit hanc Saturnia munus.
7. Dare filiam⁷ uxorem. Renuncio te Magistrum.
Plato Voluptatem appellat escam malorum.*

□ *Da precipua Verba prioris Ordinis?*

Doceo, Edoceo, Dedoceo, Erudio, Celo, Moneo, Admoneo, Rogo, Oro, Exoro, Precor, Flagito, Exigo, Posco, Reposco, Interrogo, Confulo, &c.

□ *Da precipua Verba posterioris Ordinis?*

Nuncupo, Appello, Nomino, Dico, Prædico, Voco, Habeo, Puto, Existimo, Judico, Designo, Creo, Declaro, Renuncio, Cognosco, Deprehendo, Reperio, Facio, Præsto, Præbeo, Do, Adjungo, Pero, Expeto, Sumo, Capio, Cupio, Volo, Desidero, Quæro, Jubeo, pro Creo, Seqvor, &c.

8. *NOTA. Δ I. Multa Verba, præter Accusativum personæ, asciscunt hos Accusativos⁸ rei, Hoc, Istud, Illud, Id, Idem, Quod, Quid, Aliquid, Nihil, Nonnihil, Pauca, Multa, Unum, Duo, Tria: Sed idcirco non statim omnia quosvis alios admittunt. ut: 2*

Illud me præclare admones. Cic. Att. l. 9.

Id amabo adjuta me. Ter.

Pauca pro tempore milites cohortatus. Sal. Jug.

10. *Δ II. Doceo, Edoceo, Moneo, Admoneo, Rogo, Posco, Exoro, retinent Accusativum rei etiam in Passivo. ut: ¹⁰ Cato rogatus sententiam. Salust. Delectus iter melius. Hor.*

11. *Δ III. Interrogo, Percontor, Celo, Moneo, Admoneo, ¹¹ Commoneo pro Commonefacio, Hortor: Item, Doceo, Edoceo, Erudio, pro Certiorem facio, sæpè pro Accusativo rei asciscunt Ablativum*

tivum cum Pra
de re te esse adon

Δ IV. Ver

præter Accusat

looz cum Pra

ant; Posco, Rep

Precor, Deprec

139, Percontor,

Non debeba

6. Vt

Omnia volo

lib. 3.

Sic & Rogo, O

rarius. ut: ⁹ N

lib. 13. 19.

Nunc me

A

Ex his, t

Accusativu

postulant,

Onare iust

Frator exo

ven

Itaque ut f

At

Δ V. Infi

bent Accusat

lativo rei. ut

Informare,

genus

Inbuere aliq

gione.

tivum cum Præpositione DE, ut: ¹² Putavi, *ca* 12.
de re te esse admonendum.

Δ IV. Verba Petendi & Percontandi, præter Accusativum rei, ferè Ablativum personæ cum Præpositione A vel AB habent, ut sunt, Posco, Reposco, Flagito, Efflagito, Postulo, Precor, Deprecor, Peto, ¹³ Contendo, Exigo, Exigo, Percontor, Quæro, Scitor, Sciscitor. ut: ¹⁴ 13. 14.

Non debebam ego has literas a te poscere. Cic. 6. Verr.

Omnia volo à me & postules & expectes. Cic. lib. 3. ep.

Sic & Rogo, Oro, Exoro, Obsecro, Quæro, licet rariùs. ut: ¹⁵ Nunc à te illud primùm rogabo. Cic. lib. 13. ep. 15.

Nunc me orare à Vobis jussit Iupiter. Plaut. Amph.

Ex his, Oro, Exoro, Obsecro Obtestor, ¹⁶ post 16.
Accusativum personæ ferè Conjunctionivum, postulant, intercedente UT. v. g.

Omare jussit hera [te], ad se ut venias. Ter.

Frater exoravit me ipsum, ut huc secum venirem. Cic. Att. lib. 1.

Itaque ut facias, te obtestor atque obsecro. Cic. Att. l. 11.

Δ V. Instituo, Informo, Instruo, Imbuo, habent Accusativum personæ tantùm, cum Ablativo rei. ut:

Informare, Instruere, Instituire aliquem In-
geniis artibus, doctrina, literis Grecis.
Imbuere aliquem bonis moribus, doctrina, reli-
gione. V 5 Sic

Sic dicimus: *Docere aliquem fidibus.* Cic.

*Erudire aliquem artibus, institutis, præceptis,
laboribus, disciplina.*

Græcis literis satis doctus. Cic.

Mulier literis Græcis & Latinis docta. Salust.

Docere, Erudire aliquem ad aliquid.

Erudire aliquem in his vel illis rebus.

REGULA VI.

† *Jubeo* non tantum Accusativum rei asci-
scit, sed interdum etiam Dativum vel Accu-
sativum personæ. ut:

1. *Silentia jussit dextra.* ¹ Lucan. lib. 1.
2. *Cæsar militibus suis* ² *jussit, ne qui eorum viola-
rentur.* Cæs. lib. 3. de bell. Civ.
3. *Filiam* ³ *jube potius.* Ter. Heaut.
4. *Rectè olim ineptum Delphicus jussit Deus
Quarentem,* ⁴ *quisnam primus sapientum foret,
Ut in ore tereti nomina eorum inscriberet.* Aus.
in lud. 7. Sap.

Δ *NOTA.* Quando *Jubeo* idem significat
quod *Decerno, Statuo, Creo*, tantum Accusati-
vum rei vel personæ admittit, nunquam Da-
tivum. ut: ⁵

5. *Populus Romanus legem jussit de civitate tribu-
enda.* Cic. pro Cornif.

REGULA VII.

† Verbum *PATIOR*, regens Accusativum
substantivi, circumloquitur Verbum Passivum
vel Neutrum eiusdem Substantivi. ut:

Pati obsidionem. Liv. l. 7. dec. 4. pro Obsideri.
Pati stuprum. Justin. l. 9. pro stuprari.

Pati

Pati tyrannidem. Justin. l. 16. pro tugavev'sed.

*Pati lucem & timorem. Val. l. 1. Arg. pro, Vi-
vere & Timere.*

Pati occasum. Claudian. Gigant. pro occidere.

Paticultus. Ovid. 1. Fast. pro Coli.

CAPUT XV.

SYNTAXIS VERBORUM

cum Ablativo.

REGULA I.

* Passiva verba omnia Ablativum ¹ agentis
asciscunt cum Præpositione ² A vel AB. ut:

Laudatur ab his: culpatur ab illis. Hor. l. 1. sat. 2.

*Ego quoque a meis me amari & magnipendi
postulo. Ter. Ad. 5. 4.*

Sic etiam Neutra atque Deponentia pas-
sivè significantia. ut:

Liquescit a Sole. Salve ab amicis.

Perit ab Hannibale. Mori ab ense, Lucan.

*Vapulat a Magistro: Rem atrocem a servis suis
passus est. Plin.*

† Excipe, *Oblector & Delector*, quæ sine
Præpositione Ablativo junguntur. ut:

*Oblectari ludis. Cic. pro Mur. Delectari decla-
matorio genere. Cic. l. 3. Q. Fr. Crimnibus in-
ferendis. de Amic. Cogitatione speq. pro Arch.*

△ Cicero tamen etiam dixit: *Delectari ab
aliquo. in Or: Delectari in aliquare. l. 1. Fin. &
2. de leg.*

REGULA II.

△ *Facio, Fio, & Futurus sum*, peculiari si-
gnifica-

S. VERBORUM

aliquem subter. Cic.
tribus, instituta, p. p.
scriptura.

duos. Cic.
cis & Latinis dicitur. Sol
liquem ad aliquem.
in his vel illis rebus.

ULA VI.
m Accusativum re.
iam Dativum vel de

Lucan. lib. 1.
ffit, ne qui eorum
de bell. Civ.

er. Heaut.
obitus iussit Deu
privus sapientiam
eorum inscriberet.

p.
o labeo idem legi
Creo, tantum Accu
admittit, nunquam

o iussit de civitate in
Cormf.

ULA VII.
s, regens Accusativ
quirit Verbum Pass
Substantivi. ut:

l. 7. dec. 4. pro Olig
in. l. 9. pro Sapph.

gnificatione eleganter vel Ablativo junguntur, subintellecta Præpositione DE, quæ etiam nonnunquam expressè additur: vel cum Dativo. ¹ ut:

1. *Tu fortasse quid me² fiat, parvipendis. Ter. Heaut. 4. 3.*
3. *Quid de³ Pub. Clodio fiat, rescribe. Cic. Att. l. 2.*
4. *Quid tu huic homini⁴ facias? Cic. pro Cacin.*

REGULA III.

* Ablativo casu cum Verbis convenientibus junguntur, quæ Causam, Instrumentum, Modum, Partem, Excessum, & similem Circumstantiam, vel Adjunctum significant. ut:

1. *Oderunt peccare boni virtutis amore. ¹ Hor. l. 1. ep. 17.*
2. *Ferit illum gladio. ² Percutio hunc pugno.*
3. *Res magna dexteritate³ acta.*
4. *Laborare capite, ⁴ pedibus, intestinis.*
5. *Scipio omnes sale⁵ facetiisque superabat. Cic. 2. de cl. or.*
6. *Florere fama, ⁶ genere, rebus gestis.*
7. *Laborare febris, ⁷ morbo.*

NOTA. † I. Ablativus Causæ vel similis Circumstantiæ, interdum etiam Præpositionem admittit. ut: ⁸

Ab omni laude felicior. Cic. Firmus ab equitatu. Cic.

Letus de amica. Ter. Fessus de via. Cic.

Interdum permutatur Accusativo, cum Præpositione PER vel PROPTER. ut:

Quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundit atque consumit. Cic.

Haud

*Haud per tale sacrum, numen placabitis ul-
lum. Ov. 13. Met.*

Parere legibus propter metum. Cic.

† II. Ablativus Modi & Adjuncti, quan-
do concomitantiam quendam significat, Præ-
positionem CUM desiderat. ut: ^{9.} *Oblector me
cum Musis.*

*Concussit terq; quaterq; Casariem, cum qua ter-
ram, mare, sidera movit. Ovid. 1. Met. i. e. dum
cōcussit casariem, simul etiam movit terram, &c.*

*Rediit domum cum febris. Cic. de Or. quasi cum
comite.*

Sed Ablativus Instrumenti ¹⁰ CUM re-
spuit. ut:

*Naturam expellas furca, tamē usque recurret.
Horat.*

Ille ferro interfectus est. Cic. 2. de Or.

REGULA IV.

* Verba quæ Copiam aut Inopiam signifi-
cant, Ablativum asciscunt. ut: ^{1.} ^{2.}

Redundat sanguine. Cic. pro l. Manil.

*Integer vita scelerisq; purus Non eget Mauri
jaculis nec arcu. Hor. l. 1. od. 22.*

□ Da præcipua Verba Copie & Inopie.

Abundo, Redundo, Affluo, Diffluo, Circumfluo,
Scateo, Fluo, Mano, Egeo, Indigeo, Careo, Deficior,
Vaco, pro Careo.

NOTA. * Egeo & Indigeo etiam Genitivum
admittunt. ut:

Eget

Eget eris Cappadocum Rex. Hor. l. 1. ep. 6.

Quasi tu huius indigeas Patris. Ter. And. 5. 3.

- † Nonnunquam etiam Careo, Abundo, &
3. Scateo, ³ licet rariùs. ut:

Omnes mihi labores fuere quos cepi leves, præterquam tui carendum quod erat. Terent.
Heaut. 2. 4.

Quarum & abundemus rerum. Lucil.

Irarumque scatebat. Gell. l. 1. c. 1.

REGULA V.

- * Verba Implendi, Onerandi, Liberandi,
& his contraria, præter Accusativum, asciscunt Ablativum materiae. ut: ⁴

Implevitque, merito pateram. i. Æn.

Onerare aliquem epistolis, calumniis.

Liberare aliquem vinculis, molestiis.

□ Quæ sunt præcipua Verba Implendi, Onerandi, Liberandi &c?

Impleo, Compleo, Expleo, Repleo, Satio, Saturo, Farcio, Refercio, Ingurgito, Cumulo, Augeo, Obruo, Locupletio, Dito, Beo, Dono, Exhaustio, Viduo, Spolio, Nudo, Orbo, Emungo, Privo, Fraudo, Evertio: Onero, Premo, Opprimo: Levo, Exonero: Libero, Solvo, Exsolvo, Expedio, Abdico: Alligo, Obligo, Astringo, Impedio, Implico, Irreritio, Illaqueo. Quibus adde, Afficio, Muneror, Dignor, Deditignor, Proiequor, &c:

5. NOTA. † I. Compleo, Impleo, ⁵ Saturo, Ob-
saturo, etiam Genitivum admittunt. ut:

Erroris ambo ego illos & dementia complebo.
Plaut. Amph.

Adolescentem suæ temeritatis implet. Liv. l. 1.
ab U. C.

Post-

Postquam dextram

Natu propediem

Heant.

Δ Impleo, inter-

rum cum Prepositi-

Rei immo uterque p-

na implet a-

Hic de flexa lo-

cet Mar-

Δ II. Careo &

Relativi, Demoni-

reperitur. ut:

Quia quod an-

latus sciet

RE

† Induo, Ex-

stergo, Instergo

cum Accusati-

Ablativo rei.

induo, Exno

Dono tibi libro-

Impertio, or, tibi

Comitatem grav-

ta splendore

pro Planc.

Folia instergunt

re oleum sa-

Sperno commeatum

bell. Pen. Uti-

rent. Cas. de

NOTA Δ I.

more Græcorum

Postquam dextra fuit cædis saturata. Virg.
Næ tu propediem istius obsaturabere. Terent.
Heaut. 4. 8.

△ *Impleo*, interdum etiam habet Ablativum cum Præpositione DE. ut:

Res iam universas profundam, de quibus volumina impleta sunt. Cic. 4. Ac. qv.

Hos nisi de stæva loculos implere moneta Non decet Martial.

△ II. *Careo* & *Scateo*, etiam Accusatiivo Relativi, Demonstrativi, vel Indefiniti, juncta reperiuntur. ut:

Quia id quod amo, careo. Plaut. Cure.

Id tuus scatet animus. Plaut. Persa.

REGULA VI.

† *Induo*, *Exuo*, *Dono*, *Impertio* vel *or*, *Aspergo*, *Inaspergo*, *Intercludo*, habet vel Dativum cum Accusativo rei, vel Accusativum cum Ablativo rei. ut:

Induo, Exuo tibi vestem. Induo, Exuo te veste.

Dono tibi librum. Dono te libro.

Impertio, or, tibi salutem. Impertio te salute.

Comitatem gravitati aspergere. Cic. pro Mur. Vita splendorem maculis aspergis istis. Cic. pro Planc.

Folia inaspergunt potionibus. Plin. 12. 17. Inaspergere oleum sale. Cato cap. 67.

Spem commeatu hostibus interclusuri. Liv. de bell. Pun. Uti frumento Casarem intercluderent. Cas. de bell. Gall.

NOTA. △ I. Verba Vestienti, in Passivo, more Græcorum cum Accusativo inveniuntur,

tur, tam materiae vestientis, quam rei vestientis. ut:

Induitur vestem. Curt. l. 30.

Induta cornibus aurum victima. Ovid. 7. Met.

Nondum teneras vestita genas. Sen. Herc. Oer.

2. Δ II. *Excalceo, Discalceo,*² tantum cum Accusativo Subjecti inveniuntur. ut: *Excalceare pedes. Svet. Vitell. c. 2.*

Δ III. *Discingo* autem, non tantum Accusativum Subjecti habet: ut: *Discingere dolos. Sil. l. 7.* Sed praeter Accusativum, etiam Ablativum rei. ut:

Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo. Mart. 9. 104.

Stat. lib. 6. Theb. Pictor discingit pectora limbo.

In Passivo autem Ablativum rei habet. ut: *Discingi armis. Sil. l. 8.*

REGULA VII.

† Verba Mercandi, Contrahendi, & Taxandi, asciscunt Ablativum precii sine Praepositione. ut:³

Spem precio non emo. Ter. Ad. 2. 2.

*Vendidit hic auro patriam. Virg. 6. Aen. **

Senatus tritici modium tribus denariis estimavit. Cic. 5. Verr.

□ *Da praecipua Verba Mercandi, Contrahendi, Taxandi.*

Emo,

Emo, Coemo, Reito
Arredo, Distrabo, Ver
lo, Liceo, 4. Liceo
Tato, Estimo | i. e. Ta
to, Regressiva, quibus
modi possit.

Δ Sic & Ablat

Paro, Florino, Quo
mo, Nemo, Vili, etia
adatur. ut: *

Haud illi stabum
10. An.

Δ Excipiuntur
dem, Quanti, Qua
ra. ut:

Emis homo cupi
3. Off.

Tauridem rea
pens f

Magis illa gura
fat, 11

Docuit nemine
Plin. 3

Non vendo pluri
novis, C

Ex his, Tanti
Monis, in Ablati

Substantiva ut:

Tanto precio em
lav. fat.

Mercatur tres li
quod erat pe

Emo, Coëmo, Redimo, Mercor, Comparo, Vendo, Divendo, Distraho, Venundo, Veneo, Sto, Consto, Valeo, Liceo, 4. Liceor, Licitor, Addico, Loco, Conduco, Taxo, Æstimo [i. e. Taxo] Sum [pro Valeo], Indico, & quævis alia, quibus Ablativus precii rectè accommodari potest.

4.

△ Sic & Ablativos, *Magno, Permagno, Parvo, Plurimo, Quamplurimo, Paululo, Minimo, Nimio, Vili*, etiam si Substantivum nullum addatur. ut: 5.

5.

Haud illi stabunt Æneia parvo Hospitia.
10. Æn.

6.

△ Excipiuntur hi Genitivi, *Tanti, Tantidem, Quanti, Quanticunque, 7 Pluris, Minoris.* 8 ut:

7.

8.

Emit homo cupidus tanti, quanti voluit. Cic.
3. Off.

Tantidem redemi patrem, quanti à te redemptus sum. Sen. l. 5. contr.

Magis illa juvant, quæ pluris emuntur. Juv.
sat. 11.

Docuit neminem minoris talento annis decem.
Plin. 35. 10.

Non vendo pluris quam alii, fortasse etiam minoris. Cic. 3. Off.

Ex his, *Tanti, Quanti, Quanticunque, & Minoris*, in Ablativum transeunt, si addantur Substantiva. ut:

Tanto precio emi. Quanto metiris precio.
Iuv. sat. 9.

Mercatur tres libros nibilo minore precio, quàm quod erat petitum pro omnibus. Gell. l. 19.

X

NOTA.

NOTA. Δ I. Nonnunquam Ablativo additur Præpositio PRO, Græcorum more. *ut:*

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Δ II. Sæpè Ablativus migrat in Adverbi-um. *ut:* *Carè, Cariùs Carissimè, Benè, Meliùs, Optimè, Malè, Peiùs, Viliùs Vilissimè, & similia. ut:*

Nihil cariùs constat, quàm quod precibus emitur. Valdè carè æstimas tot annos, quot ista ætas recipit. Cic. ad Br.

Δ III. *Sum*, etiam Genitivo exprimit precium. *ut:*

Quæ pluris quàm quindecim millium aris essent, in censum referre viatores iussit. Liv. l. 39.

Agellus erat, quum donarem, centum milliù. Plin. Vix puto triginta nummorum tota fuisse munera. Mart.

Δ IV. *Valeo* Ablativum ἰσχυροῦς seu precii regit. *ut:*

Quibus subtractis quasi minimo valeret hereditas. Ulp. L. Iulianus. § Si venditor. ff. de Action. empti.

Sed quando δύναμις vel æquipollentiam significat, frequentius Accusativum asciscit. *ut:* *Denarii dicti, quòd denos aris valebant: Quinarii, quòd quinos. Rariùs Ablativum, ut: Scrupulum auri nummi valet Sestertius vicenis. Plin. l. 33. cap. 3.*

REGULA VIII.

† Quæ Prohibendi significationem habent, item Auferendi, Abstinenti, Accipiendi, aut Distan-

Distanti, Ablativum
teneat vel AB.

Ignarum fucus pecuniæ

4. Georg.

Abstulit à me pecuniæ

Abstraxit homine

in opere gau-

Quam abessem ab

15. ep. 4.

□ Distantia

Abstinenti

Prohibendi. Arce-

Remoreo, Arceo, D-

hibeo, Intercludo, L-

stadio, Contervo,

cum Compotio-

Auferendi, Ab-

Arelo, Aufero, A-

ror, &c.

Abstinenti, Ab-

no, Cohibeo, Cedo-

Feror, &c.

Accipiendi, Accip-

cor, Sumo, Feneror

ro, Colligo, Habeo,

gendi & Sententi, &

Distanti, Ablum,

coris, Disto, Ex-

stratum.

NOTA. Δ

habent Ablativum

Abdico me mag-

stratum.

Distandi, Ablativum asciscunt cum Præpositione A vel AB. ¹ ut: ²

I. 2.

Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent. Virg.

4. Georg.

Abstulit à me pecuniam.

Abs quovis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas. Ter. Ad. 2. 3.

Quum abessem ab Amano iter unius diei. Cic. 15. ep. 4.

□ *Da præcipua Verba Prohibendi, Auferendi, Abstinenti, Accipiendi, Distandi.*

Prohibendi. Arceo, Moveo, Amoveo, Dimoveo, Removeo, Avertio, Deterreo, Absterreo, Profligo, Prohibeo, Intercludo, Interdico, Propulso, Defendo, Custodio, Conservo, Vindico, Redimo, Libero, Pello cum Compositis, & familia.

Auferendi. Abalieno, Abduco, Abrado, Abstraho, Avello, Aufero, Avoco, Eripio, Abripio, Surripio, Furor, &c.

Abstinenti. Abhorreo, Abstineo, Contineo, Refreno, Cohibeo, Cedo, Recedo, Supersedeo, Tempero, Ferior, &c.

Accipiendi. Accipio, Audio, Emo, Conduco, Mercor, Sumo, Fœneror, Mutuo, Mutuor, 3 Reporto, Ferro, Colligo, Habeo, Haurio, & quævis verba Intelligendi & Sentiendi, &c.

3.

Distandi. Absum, Differo, Discrepo, Dissono, Discordo, Disto, Exulo, &c.

NOTA. Δ I. *Abdico & Supersedeo*, ⁴ habent Ablativum sine Præpositione. ut:

4.

Abdico me magistratū. i. e. depono magistratum.

X 2

Super-

Supersedeas hoc labore itineris. Cic. 4. ep. 2.
Supersedeo narratione. Cic.

5. 6. 7. Δ II. *Arceo, Prohibeo, Intercludo, Moveo, Pello, Cedo, Absum, Exalo, Abstineo, Libero, Aufero, & quædam alia, tam sine quàm cum*

8. *Præpositione ponuntur. ut: 8*

Ne fati nescia Dido simbus arceret. Virg.
 1. *Æn.*

Adolescentia à libidinibus arcenda est. Cic.

Δ III. *Verba quædam Auferendi, præter Accusativum Objecti, modò Dativum, modò Ablativum cum Præpositione habent.*

9. *ut: 9*

Nemo furatur alteri. Plin. 12. 14.

Furari aliquid ab aliquo. Cic. 2. Att.

10. Δ IV. *Abhorreo etiam Accusativum regit. ut: Sævaq; abhorrebas 10 prisca præcepta parentis. Catull. ep. 60.*

Pumilos, atque distortos, & omnes generis eiusdem, ut ludibria natura malignè ominis, abhorruit. Svet. Aug. c. 83.

Parum abhorrens famam. Liv. l. 4. ab U. C.

11. *Interdum & Ablativum sine Præpositione regit. ut:*

Abhorret vero. Tacit. l. 21.

Alii talibus vitis abhorreant. Cic. de Fato.

12. Δ V. *Quædam Accipiendi verba habent etiam Præpositionem DE. 12 ut:*

Apud forum modò de Davo audiivi. Terent.

Andr. 2. 1.

Audiivi hoc de patre meo puer. Cic. pro Cor.

Fun-

Fundum mercator

Bona huius de L

pra Roic

Δ VI. *Intellig*

rem EX¹¹ recipi

EX Composita. u

Intellig, Cogn

Dicit, Cognov

Expelli atque e

Δ VII. *Interer*

fer, r'ie conlre

Sunt intelligens q

Hoc Dominus & L

Inter Humen &

Cic. 1.

Differunt int

Res com re

Differre pl

Concha con

Nilil aut n

cess

Δ VIII. *Int*

sonne modò Ab

rei¹⁵ aleicit. a

Interdixit eis igit

Omn Gallia Rom

Interdixit histri

Statim illi dona

Quod posteri

Plaut. Cur. 5. 2

hæc? videntigat

*Fundum mercatus est de pupillo. Cic. pro. Flac.
Bona huius de L. Sylla sese emisse dicit. Cic.
pro Rosc.*

Δ VI. Intelligendi¹³ Verba Præpositio- 13.
nem EX¹⁴ recipiunt, ut & quædam alia cum 14.
EX Composita. ut:

*Intellexi, Cognovi, Audiui ex te.
Didici, Cognovi, Conjeci ex tuis literis.
Expelli atque ejici è prædio. Cic.*

Δ VII. Interest pro Differt, & ipsum Dif-
fert, variè constructur. ut:

*Stulto intelligens quid interest? Ter.
Hoc Dominus & Pater interest. Ter.
Inter Hominem & Beluam hoc maximè interest.
Cic. 1. Off.*

*Differunt inter se. Cic. 5. Verr.
Res cum re differt. Cic. 2. de Inv.
Differre plurimum à bestiis. Cic. 2. de Fin.
Concha conchis differunt. Plin. 1. 9. cap. 35.
Nihil aut non ferè multum differunt atates
vestra. Cic. de cl. Or.*

Δ VIII. Interdico, præter Dativum per-
sonæ modò Ablativum, modò Accusativum
rei¹⁵ asciscit. ut: 15.

*Interdixit eis igni & aqua. Cic. 1. 11. ep 1.
Omni Gallia Romanis interdixit. Cæs.
Interdixit histrionibus scenam. Svet. Demit c. 7.
Statim illi domum meam interdicam. Senec.*

Quod posterius etiam Prohibeo facit. ut:
*Plaut. Cure. 5. 2. Parentesne meos mihi prohi-
beas? vorenthalten.*

X 3 Inter-

Interdum & Ablativo Præpositio DE præmittitur. *ut* : *Interdico tibi de Medicis.*

△ IX. *Interdico, Prohibeo, Veto*, si post se Conjunctionem postulant, NE vel QVIN, vel QVOMINUS admittunt. *ut* :

Interdico, ne extulisse extra aedes puerum usquam velis. Ter. Hec. 4. 1.

Sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen ne faciam, interdictum puto. Cic. 1. Fin.

Potuisti prohibere ne fieret. Cic. 1. Ver.

Nemo hic prohibet nec vetat, quin, quod palam est venale, si argentum est, emas. Plaut. Cur. 1. 1.

Nil prohibet, quominus mense Iulio verba acta subigantur. Colum. 2. 4.

Sed si Infinitivum regunt, Prohibitivum vocabulum planè omittunt. *ut* :

Interdixit commeatus peti. Sveton. Galba.

Prohibet facere tua presentia. Terent. Heaut. 3. 3.

Aruspex vetuit ante brumam aliquid novi incipere. Ter. Phor. 4. 4.

REGULA IX.

- I. † *Dominor*, modò Dativo¹ gaudet, modò Ablativo, sive sine, sive cum Præpositione IN; modò Accusativo, Præpositione IN vel INTER mediante. *ut* :

Dominatus est Alexandria. Cic. pro Rab. 2.

Cunctis dominabitur oris. Virg. 3. Æn.

Victis dominabitur Argis. Virg. 1. Æn.

Longa dominabitur Alba. Virg. 6. Æn.

Summa dominarier arce. Virg. 7. Æn.

Domina-

Dominatur in eo

Inconsa Danae di

En.

Veni dominatur

Animal quod do

i. Met.

Dominari inter

Tacentum aut p

phas. O

RE

* Ablativos al

tor, Fruor, Fungor,

Glorior, Item

Alor, Laboro p

Plaut. ut.

* Utorvno.

Potitus sum

Virtute de

Gloriari ro

Labrare f

Homo conf

Plaut sang

NOTA.

Ablativos al

tivum, sive al

vum. ut. Uto

Noluerunt corp

que tant

lum mero

*Dominatur in civitate. Cic. pro Cec.
Incensa Danai dominantur in Urbe. Virg. 2.*

En.

*Venus dominatur in mentes. Lucan. l. 5.
Animal quod dominari in cetera posset. Ovid.*

1. Met.

*Dominari inter aliquos. Cas. 2. bell. Gall.
Tu centum aut plures inter dominabere Nym-
phas. Ovid. 3. Am. 5.*

REGULA X.

* Ablativos asciscunt hæc Deponentia, *U-*
tor, Fruor, Fungor, ² *Potior,* ³ *Vescor,* ⁴ *Nitor,* 2. 3. 4.
Glorior. † Item hæc Neutra, *Victito, Vivo pro*
Alor, Laboro pro malè habeo, Sto, ⁵ *Consto,* 5.
Pluit. ut:

* *Utor vino. Fruor studiis meis. Fungor officio.*
Potius sum imperio. Vescor caseo, lacte, carne.
Virtute decet non sanguine niti. Claudian.
Gloriari rebus gestis. † Victito, vel vivo carne,
lacte. Cas.

Laborare fame, frigore, morbo. Stare pacto,
promissis.

Homo constat corpore & anima.

Pluit sanguine, caseo, carne, lapidibus.

NOTA. † I. *Utor & Fruor,* etiam duos
Ablativos asciscunt, sive uterque ut Substan-
tivum, sive alter Substantivum, alter adjecti-
vum. ut: *Utor te Præceptore, amico, teste.*

Noluerunt corpus feris objicere, ne bestiis quoque,
quæ tantum scelus attigissent, immaniori-
bus uteremur. Cic. pro Rosc. Amer.

X 4

Fruor

Fruor te vicino, comite.

† II. *Potior*, frequentissimè Genitivo jungitur, etiam pro *Frui*, *Tenere*, & interdum, *Vincere*. ut:

Si eius oppidi potitus foret. Salust. Jug.

Posse illius regni potiri. Cic. 1. ad Lent.

6. *Rerum potiri putant. Cic. 2. Catil.*

△ III. *Utor*, & magis *Abutor* apud Comicos: Item *Fruor*, *Fungor*, *Potior*, *Vescor*, & *Pluit*, interdum etiam Accusativum asciscunt. ut:

Cetera, quæ volumus uti, Græca mercamur fide. Plaut. Cæs.

In Prologis scribendis operam abutitur. Ter. And.

Fruitur hanc alternas noctes. Plaut. Asi.

Me omnium officia fungi. Tacit. l. 4.

Neque boni neque liberalis functus est officium viri. Ter. Ad.

Ille alter sine labore patria potitur commoda. Ter. Ad. 5. 4.

Fortiter malum quæ patitur, idem post potitur bonum. Plaut. Asi.

Ova vescentes. Plin. 9. 50.

Sacras innoxia lauros vescar. Tibull. 2. 5.

Absinthium vescuntur. Plin. 11. 27.

Sanguinem pluiffe per biduum. Liv. l. 10. b. Pun.

Pluit lapides. Valer. Max. lib. 1. de prodigiis.

△ IV. *Consto* & *Laboro*, frequenter Præpositionem *E*, vel *EX*, ante Ablativum admittunt. ut:

Quum

Quum confitem

Tulsi

Aliis conspici

Laborat è dolor

Laborare ex de

na, ex pedib

† V. *Nitor* &

nem N admittit

In hunc vita

Mil.

Injuncte recte

Glorios etiam D

De tuis virtut

Cic. in P

† Periclitor

crimen refer

do autem lig

ut:

Periclitari

Quum

Periclitari fa

Omnia circu

Cic.

Periclitari &

Dicitur tamen

Periclitari in

Periclitari ex

RE

† *Mercor*, pro

Quum constemus ex animo & corpore. Cic. 3. Tusc.

Actio constat è voce atque motu. Cic. in Or.

Laborat è dolore. Ter. Andr.

Laborare ex desiderio, ex renibus, ex intestinis, ex pedibus, ex invidia. Cic.

† V. *Nitor & Glorior, etiam Præpositionem IN admittunt. ut:*

In huius vita nititur salus civitatis. Cic. pro Mil.

In virtute rectè gloriatur. Cic. 2. de nat. Deor.

Glorior etiam DÈ admittit. ut:

De tuis virtutibus intolerantissimè gloriaris. Cic. in Vatin.

REGULA XI.

† *Periclitor, quando ad periculum seu discrimen refertur, Ablativum postulat: quando autem significat Experior, Accusativum. ut:*

Periclitatur capite Sotades noster. Cic. pro Quint.

Periclitari fama, capite, siti, morbo.

Omnia circumspexit, omnia periclitatus est. Cic. pro Quint.

Periclitari & experiri pueros. Cic. 2. de div.

Dicitur tamen etiam,

Periclitari in exemplis. Cic. Off.

Periclitari ex canis rabiosi morsu. Plin. 32. 4.

REGULA XII.

† *Mereor, pro Commodo, asciscit Ablati-*

vum personæ, cum Præpositione DE. Sed de mercede, Accusativum rei habet. *ut:*

Benè vel Malè mereri de aliquo.
Quid meritus es? Crucem. Ter.

REGULA XIII.

△ *Volo* & *Cupio*, quum benevolentia significationem habent, dupliciter construuntur: vel cum Ablativo CAUSA: vel cum Dativo personæ; addito utrobique interdum etiam Accusativo rei. *ut:*

Tua causa volo. Illius causa valdè cupio.
Si quid nostra causa vis. Dolabella causa cupio.
Sed planè volo his magistratibus.
Magnopere eius causa vult omnia.
Ego illi omnia malo quàm mihi.

REGULA XIV.

△ Verbum *Est* in descriptione officii, postulat Ablativum officium denotantem, cum Præpositione A vel AB, præcedente Dativo possessoris aut Loci. *ut:*

Est mihi à pedibus. i. e. Est cursor meus.
Est mihi à cubiculo, à latere.
Est Electori à Concionibus, à Consiliis, à Secretis.

Est Romæ ab Epistolis.

Sic etiam ubi Verbum EST, vel eius Participium dissimulatur. *ut:*

Servum à pedibus meum Romam misi. Cic.
Philemonem à manu servum simplici morte punit. Sveron.

Libertos

*Libertos suspexit, Polybium à studiis, Narcis-
sum ab epistolis, & Palantam à rationi-
bus. Sueton.*

*Sic: Ceniden à manu habuit penè justa uxoris
loco. Svet.*

REGULA XV.

Δ Variè construitur verbum *Pendeo*. In-
terdum enim absolutè ponitur. ut:

*Tu jam pendebis, qui stultum adolescentulum
nobilitas flagitiis. Ter. Eun.*

Interdum cum Ablativo subjecti jungitur,
& vel sine Præpositione: ut: ¹

Pendentia brachia collo. Tibull. 3.7.

Vel cum Præpositione, A, Ab, E, Ex, De, In.
ut: ²

Pendet & à vestrà nostra salute salus. Ov.

Interdum cum Accusativo subjecti, median-
te Præpositione AD. ut:

Ad matrem pendere. Plin. 15.15.

*Ad sua vota pendentibus. Senec: de Tranq.
vitæ.*

Quando Dubium-esse significat, cum
Ablativo *Animo, Animis*: interdum & Geni-
tivo *Animi* jungitur. ut: ³

Pendemus animis. Cic. 1. Tusc.

Ego quidem vehemèter animi pendeo. Cæl. ad Cic.

Pendeo animi expectatione Corfiniensis. Cic.

Pars qua quis pendet, vel Ablativo nota-
tur, vel Accusativo, mediante Præpositione
PER. ut. *Ut tu uspiam saxi fixus asperis evisce-
ratus latere penderes. Cic. in Pison.*

Pende-

S VERBORUM
Præpositione DE. Sicut
um rei habet. ut:
eri de aliq. a.
Crucem. Ter.
A XIII.
rum benevolentia
duplicitet confroam
ALISA: velcum do
obiqre interdum
illuc causa valde
is. Dolabella causa
aggratibus.
vult omnia.
quam mibi.
A XIV.
criptione officii
cium denotantem
B, præcedente D
t:
e. Est cursor me
latere.
nibus, à Confiliu
is.
EST, vel eius Partic
eum Romanis
seruum suspensu

1.
2.
3.

Pendere per pedes. Plaut. Aſin.
Eandemq[ue] [Terram] univerſi cardine ſtare
pendentem, librantem per qua pendeat.
Plin. 2. 5.

CAPUT XVI.

SYNTAXIS VERBORUM

cum Nominibus Temporis.¹

I.

REGULA I.

* Interrogatio per QVANDO, requirit
 2-3- nomen Temporis in Ablativo² caſu. ut:³
Superioribus diebus veni in Cumanum. Cic.
Omnia plenilunio maria purgātur. Plin. 2. 98.
Imperante Auguſto natus eſt Chriſtus.

† Ablativus in hac forma, nonnunquam
 etiam INTRA ſignificat. ut:

Diebus ſexdecim abſolute quatuor Tragedia.
Cic. 3. Q. Fr.
Biſuo ſciemus. Cic. 9. Att. innerhalb zweyen
tagen.
Puncto temporis maximarum rerum momen-
ta vertuntur. Liv. l. 3. ab U. C.
Accidit paucis diebus. Inner wenig tagen.

4- NOTA. † I. Ad Interrogationem per
 QVANDO, ſequitur interdum Ablativus
 cum Præpoſitione conveniente. ut:⁷
Intempore ad eam veni. Ter.
Ut jugulent homines ſurgunt de nocte latro-
nes. Horat.

II. In-

CUM NOMINIB. TEMPORIS. 333

† II. Interdum & Accusativus cum Præpositione conveniente. ut: ⁵

Venit ad tertium Calendas Januarii.

Sub lucem exportant calathis. Virg. 3. Georg.

Sic & quando INTRA notatur, Præpositio INTRA expressè interdum additur. ut:

Dimidiam partem nationum subegit intra viginti dies. Plaut. Curc.

Hec intra paucos dies gesta. Liv.

Tale videtur & illud mediante PER;

At pius Æneas per noctem plurima volvens.

△ Græcismi sunt.

Id temporis. pro, eo tempore. Cic.

Ist huc ætatis. pro, ea etate. Ter. Heaut. 1. 1.

Illud horæ. pro, ea hora. Svet. Ner. c. 26.

△ III. ABHINC, ⁶ Verbis Præteriti temporis jungitur cum Accusativo vel Ablativo ut: ⁷

Interea mulier quædam abhinc trienniū Comigravit huc vicinie. Ter. And. 1. 1.

Comitiis abhinc triginta diebus habitis. Cic.

4. Verr.

REGULA II.

* Interrogatio QVAMDIU, postulat frequenter Accusativum, rarò Ablativum. ut: ¹

Una cum gente tot annos belli gero. Virg.

1. Æn.

Vixit annis viginti novem; imperavit triennio, & decem mensibus, diebus octo. Svet.

Calig. c. 59.

Inter

- Interdum accedit Præpositio Per, Ad, In
vel Intra. *ut* : ²

Quæ nostra per tot annos vidit ætas. Liv.

Vigilare ad multam noctem. Cic.

Præsidia sunt in multos annos provisa. Cic.

*Invidiæ Germani intra annos quatuordecim
rectum non subierunt.* Cæs.

△ Notentur & illæ formæ:

Est in diem quod minitare. Ter. Eun. 5. 7.
auff borg.

In diem vivere. Cic. 5. Tusc. pro, non cogitare
de crastino. In den tag hinein leben.

CAPUT XVII.

SYNTAXIS VERBORUM
cum Nominibus Loci.

REGULA I

1. *Nominibus Regionum, ¹ Provinciarum
& Insularum, Præpositiones, sicut & Appel-
lativis adduntur, sive Verbis In Loco, sive Ad
2. locum significantibus adjiciantur. *ut* : ²

Caius in Italia dominari cupit.

Caius ex Italia profectus est.

Fronspergius duxit exercitum in Italiam.

† Rarò his detrahitur Præpositio, præcipuè

3. à Poetis & Historicis. *ut* : ³

Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.

Ter. Eun. 1. 2.

Germanicus Ægypto remeans. Tacit. lib. 2.

(Italiam

Italiam fato profugus Lavinag³ venit littora.
Virg. i. Æn.

NOTA. † P E T O, in significatione Pro-
 ficiscendi, semper respuit⁴ Præpositio-
 nem. ut :

Dum ipse Italiam peteret. Liv. lib. i.
Lacedæmona classe petebat. Ovid. ep. i.

△ Sic & rectè dixeris :
Arceo hostem Italia, ⁵ urbe. 5.
Exclufit venientem foribus, ⁶ Gallia. 6.

REGULA II.

* Urbium nomina sine Præpositione Ver-
 bis junguntur : & quidem si IN LOCO esse si-
 gnificatur, Primæ vel Secundæ Declinatio-
 nis Genitivo Singulari : Tertiæ autem De-
 clinationis, & pluralia tantùm, Ablativo. ut :¹

*Sum Roma, VViteberga, Dantifci, Cartha-
 gine, Venetiis.* 1.

NOTA. △ I. Rarò etiam pro Genitivo Se-
 cundæ Declinationis reperitur Ablativus : &
 pro Ablativo Tertiæ declinationis, Dativus.
 ut :²

*Corinthe & Lacedæmone nunciata est victo-
 ria. Iust.* 2.

Carthagini ego natus sum. Plaut.

△ II. Elliptica³ sunt.

Natus est Antiochiæ, oppido nobili. 3.

Vixit VViteberga, oppido Saxonie.

*Obiit Lipsiæ, oppido Misnia ; Philippis, oppido
 Theſſaliæ.*

III. Inter-

△ III. Interdum Græcorum more, Præpositio IN præmittitur Ablativo Proprii nominis, præsertim quando Appellativum accedit. *ut*:⁴

4.

Sum in urbe Rōma.

5.

Interdum & Præpositio AD,⁵ Accusativo præmittitur. *ut*:

Hec ad Ilerdam geruntur. Caf. pro, Ilerdæ.

Quum in hoc statu ad Capuam res essent. Liv. pro, Capuæ.

△ Certa quædam tam Appellativa, quam Propria Locorum nomina, eleganter Ablativo sine Præpositione efferuntur, quæ alioquin mediante Præpositione, & conveniente casu efferenda essent. *ut*:¹

1.

Terrâ nascentia. Nunc totâ Asiâ vagatur. Cic. Phil. 10.

REGULA IV.

* AD LOCUM significat Accusativus Urbium, cuiuscunqve Numeri aut Declinationis. *ut*:

Noctuas Athenas portat. Proficiscor Romam. Confero me Witebergam. Carthaginem rediit Regulus.

† Ad locum significantibus sæpè præmittitur Præpositio AD. *ut*:

Venit ad Messanam. Cic. 7. Verr.

Adolescentulus, miles profectus sum ad Capuam. Cic. de Sen.

Præsertim quando Adjectiva aut alia Appellativa accedunt. *ut*:

Magnum

Magnum iter ad do-

Propert. lib. 1.

Ad Corinthos oppidum

Tametsi Ovidius

ne dixit: Atque ad

inquit, Athenas. ep.

△ Interdum a

Ulysses:

Ulysses ad Normam

Ulysses ad Icomium

Dimissa passim

usque ad

REG

* De LOCO au

tibus nominibus

ut:

Unde venis?

Quâ ibis? V.

† De loco

dum Præpositio

do Appellativum

Naves ab Hip

Reposui a Le

† Per locum

Præpositione PE

Præconsul præ

est petitur

RE

Nomina locor

locum natalem

Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.

Propert. lib. 3. el. 20.

Ad Cirrbam oppidum iter constituit. Salust.

Tametsi Ovidius etiam absque Præpositione dixit: *Atque aliquis, doctas iam nunc eat, inquit, Athenas. ep. Phyl.*

△ Interdum additur etiam Adverbium Usque. ut:

Usque ad Numantiam misit. Cic. pro Deiot.

Usque ad iconium iter fecerim. Cic. ad App.

Dimissis passim ad frumentum coemendum usque ad Cumas. Liv. l. 2.

REGULA V.

* De LOCO aut PER LOCUM significantibus nominibus Urbium, Ablativo utimur. ut:

Unde venis? Lipsia, Tarento, Venetiis.

Quâ ibis? VViteberga, Lugduno, Parisiis.

† De loco significantibus Ablativis interdum Præpositio præmittitur, præsertim quando Appellativum accedit. ut: ¹

Naves ab Hippone solvere. Liv.

Repulsus a Lete oppido. Liv.

† Per locum significantia, interdum cum Præpositione PER, Accusativo efferuntur. ut:

Proconsul provinciam Baticam per Ticinum est petiturus. Plin. ad Cæl. l. 7.

REGULA VI.

Nomina locorum, sedem, aut domum, vel locum natalem notantia, cum Nominibus persona-

Y

I.

personarum vel rerum Ablativo junguntur
ut:

Perf. *Video hospitem Zacyntho.* Plaut. Merc. 5. 2.
i. e. *Zacynthium vel ex Zacyntho.*

Hospitem Epheso. Plaut. Bacch. 2. 2. i. e. *Ephesinum.*

Paganum Medulis jubeo salvere Theonem.
Anson. epist. 4. i. e. Medularum.

Rerum. *Ficus Zacyntho.* Pl. Merc. 5. 2. i. e. *in Zacyntho natus, & inde huc advectus.*

Cultros Bithyniâ. Varro, i. e. *Bithynianos.*

Mensam Libano. Lucil. i. e. *cuius materia Libano advecta fuit.*

Soleas Syracusis. Cato de re R. i. e. *Syracusanas.*

REGULA VII.

* Propria Urbium imitantur & hæc Appellativa, *Domus, Rus, Humus, Belli, & Militie.* ut: * **DOMUS**, *Sum domi.* ¹ *Eo domum.* *Venio domo.*

† Etiam cum Possessivis, *Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra, Aliena, &c.* ut:
Malo esse cum timore domi mee, quam cum periculo domi aliene. Cic. 1. Off.

Aurum atque argentum domum regiam componant. Sal. Iug.

Balhus recta a porta domum meam venit. Cic. l. 9. ep. 19.

Item cum Genitivo Possessoris. ut: ²

Clodius deprehensus est domi Cesaris. Cic. Att. l. 1. ep. 8.

‡ *Domos* in plurali, etiam Adjectiva admittit sine Præpositione, ut: ³

spiritu: effra

Laud

Δ Domus non

nam admittit. ut:

Non est, nec at

lumar. H

* RUS. Samru

Nora. T. L. F

loco, ut Rari. m

cu in urbe beatorum

Δ II. Rus in sit

sine Præpositione

Est tibi rure b

Rus urbanum

Sed in plurali

Iam ubi voc

critis. L

HUMUS. H

* Humi n

† PER TERR

IN TERRAM

5. E

Homo, signific

* Via oculis

† Raro etiam

tim apud Poetas.

Et requirit bu

Humum signific

ante Præposition

* Projectus

† Etiam Humi

Quo ruitis? vestras quisque redite domos. Ov. ep.

Laod

Δ Domus nonnunquam etiam Præpositionem admittit. ut: 4

Non ebur, nec aureum Mea renidet in domo lacunar. Hor. l. 2. od. 18.

* RUS. Sam ruri. Eo rus. Redeo rure.

NOTA. † I. RVRE, 5 etiam significat in loco, ut Ruri. ut: 6 Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum Horat.

Δ II. Rus in singulari, admittit Adjectiva sine Præpositione. ut: 7

Est tibi rure bono vinea. Ovid.

Rus urbanum contendit. Iustinus.

Sed in plurali Præpositionem postulat. ut:

Iam ubi vos dilapsi domos & in rura vestra eritis. Liv. l. 9. dec. 4.

HUMUS. Humi, significat IN TERRA. ut: 8

* Humi nascuntur fraga. Ovid. 1. Met.

† PER TERRAM. 9 Serpit humi. Plin. 9. 13.

IN TERRAM. 10 Procumbit humi bos. Virg.

5. Æn.

Humo, significat DE LOCO. ut: 11

* Vix oculos attollit humo. Ov. 2. Met.

† Raro etiam significat IN LOCO, præsertim apud Poetas. ut: Serpere humo. Ovid.

Et requievit humo. Ovid. l. 10. Met. & 1. Fast.

Humum significat AD LOCLIM, 12 mediante Præpositione IN vel AD. ut: 13

* Projectus in humum. Tacit.

† Etiam Humus nonnunquam Præpositionem

nem admittit, quando significat In terra, vel per terram, vel à terra. ut:

In nuda humo jacere. Ovid.

Repentes per humum sermones. Horat.

Viridemq; ab humo convellere silvam. Virg.

3. *Æn.*

Æquævumq; ab humo miserans attollit amicum. 5. Æn.

14. † BELLI, MILITIÆ. *Belli & Militiæ*, solo Genitivo¹⁴ localiter & absolute usi sunt Auctores. ut:¹⁵

15. * *Belli spectata domiq; virtus. Hor. l. 2. ep. 1.*
Una semper militia & domi fuimus. Terent. Ad. 3. 4.

CAPUT XIIX.

SYNTAXIS VERBORUM

Infinitorum.

REGULA I.

I. * Accusativus¹ præcedit Infinitivum, perinde ut Nominativus Verbum finitum; & exponi potest per Nominativum & Coniunctivum. adjecta particula QVOD vel UT. ut:

Aio te Æacida Romanos vincere posse. Enn. & pud Cic. 2. de Div. i. e. quod tu possis vincere Romanos. Vel quod Romanos possint vincere te.

Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est. Hor. l. 1. ep. 6. i. e. par est seu decet, ut quisque se metiatur, &c.

Quando

† Quando resolbitur Infinitivus per QVOD,
 & quando per UT?

Verba Sensuum, ² Affectuum, Dicendi, & similia, Infinitivum exponunt per QVOD. ³
 sed Verba Voluntatis, ⁴ Facultatis, Impersonalia, & Impersonaliter posita pleraque, per UT. ⁵

Exceptio.

† I. Verba Dubitandi, ⁶ absque NON posita, Infinitivum exponunt per AN: cum NON verò, per QVIN. ut:

Dubito fratrem meum vivere, i. e. an frater vivat.

Dubium est, hos redituros esse, i. e. an sint redituri.

Non dubito te facturum esse, i. e. quin sis facturus.

Non dubium est, te irasci mihi. i. e. quin irascaris mihi.

Δ II. Verba Timendi, ⁷ Infinitivum cum NON positum, exponunt per UT, vel NE NON, sed significationem habent Negativam: Absque NON autem positum, per NE, sed significationem habent Affirmativam. ut:

Vereor te non redire. i. e. Vereor ut redeas, vel ne non redeas. Ich besorge du werdest nicht widerkomen.

Vereor te irasci. i. e. ne irascaris. Ich besorge/du werdest zornig sein.

REGULA II.

* Infinitivi adduntur Verbis significantibus qualem cunqve Voluntatem, Sensum, aut Facultatem. ut:

1. *Cupit¹ te videre, alloqui.*
2. *Quid tristem te incedere video.² Ter. Eun. 5. 6.*
3. *Nec tecum possum³ vivere, nec sine te. Catull.*
 Δ Sic & quando integra phrasis, sensu unum Verbum repræsentat, in significationibus dictis. ut:

4. *In animo habet navem conscendere. i. e. vult.*

5. † Sic & Impersonalibus plerisque. ut:⁵

3. *Oportet obedire Magistratui.*

NOTA Δ I. *Potestur, Quiritus est, Quætur,* quæ potentiam significant Passivam, non Activam, Infinitivo etiam Passivo, non Activo junguntur. ut:⁶

6. *Quod tamen expleri nulla ratione potestur.*
Lucr. l. 3.

Δ II. Per ellipsin Conjunctionis dicuntur: *Fac sciam. Cave dixeris. Velim ignoscas mihi, &c.*

REGULA III.

* Casus sequens Infinitivum ESSE, FIERI, aut similia,¹ convenit² cum proximo³ Casu præcedente. ut:

Cave te tristem esse sentiat. Ter. And. 2. 3.

Ipsus sibi injurius esse videatur. Ter. And. 2. 3.

Parmenonem incedere tristem video. Terent.

Eun. 2. 2.

Tu cupis dici strenuus. Ille vult videri pius.

NOTA

NOTA. I. C.

Corvini, Coniuncti

privus ESSE, &

bet, antecedenti L

Accusativum ut:

Nobis non licet off

Impetrat; ut ris

Att. 2.

Δ Saepè etiam

st:

Lucia esse misse

se non poss

Melior esse non

Δ II. Si Ver

eiusdem signifi

dant; durior

sequente. ut:

Tutum, pa

Que sese o

ritas p

per vi

† Græcismu

tur pro Gerun

Nunc est tempus

Et cantare pare

Ecl. pr

respond

Sic: Magnam d

pro, ad

NOTA. † I. Cum Verbis, *Licet, Expedit, Convenit, Contingit, Prodest, & similibus*, Infinitivus ESSE, &c. vel Dativum ⁴ post se habet, antecedenti Dativo respondentem; vel Accusativum ut:

Nobis non licet esse tam disertis. ⁵ Mart. 9. 12. 5.

Impetrabis, ut tibi liceat esse otiosum. ⁶ Cic. 9. 6.

Att. 2.

Δ Sæpè etiam deest Dativus præcedens. ut:

Licet esse miseros, quæquam hoc victore esse non possumus. Cic. pro Lig.

Medios esse non licet. Cic. Att. l. 10.

Δ II. Si Verba, *Puto, Aio, Refero*, & alia eiusdem significationis, Infinitivum præcedant; durior efficitur oratio Nominativo ⁷ sequente. ut: ⁸

Tutumque putavit iam bonus esse socer. Luc. l. 9.

Quæ sese optavit in honestè parare hic divitias potius, quam in patria honestè pauper vivere. Ter. And. 4. 6.

REGULA IV.

† Græcismus ¹ est quum Infinitivus ponitur pro Gerundio. ut: ²

Nunc est tempus dicere quæ sentias pro, Dicendi.

Et cantare pares, & respondere parati. Virg. 7.

Ecl. pro, Pares cantando; & parati ad respondendum.

Sic: *Magnum dat ferre ³ talentum.* Virg. 5. Æn. 3.

pro, ad ferendum.

Y 4

CAP.

CAPUT XIX.

SYNTAXIS GERUNDIO-
rum.

REGULA I.

*Nominativi Casus Gerundia in DUM, necessitatem significant, & vel Dativum personæ juxta se habent, vel casum omnino nullum. *ut* :¹

1.

Vigilandum est nobis, Nunc est bibendum.

REGULA II.

*Genitivi Casus Gerundia in DI, aliis Nominibus adjiciuntur, præcipuè Voluntatem aut Facultatem significantibus. *ut* :

- Animus occidendi. Occasio emergendi.*
2. *Auscultandi causa.*² *Athenas erudiendi gratia*³ *missus.* *Iustin. l. 27.*

3.

REGULA III.

*Dativi Casus Gerundia in DO, subjiciuntur⁴ Nominibus aut Verbis, in significatione CUI REI. *ut* :⁵ *Aptus discendo.*

4.

5.

Epidicum querendo operam dabo. *Plaut. Epid.*

† Etiam in Ellipsi. *ut*: *Non sum solvendo.* *Cic.*
2. *Off. sc. aptus vel sufficiens.*

REGULA IV.

*Accusativi Casus Gerundia in DUM, Præpositione annectuntur Nominibus aut Verbis. *ut* :⁶

6.

Aptus

SYNT.

Aptus ad discendo
Mitto illum ad
† Interdum ca
pantur, quando
ficant in locutio
Audis vigilando
Vides surgendo

R

* Ablativi ca
tur Nomen aur
nef. † quando C
cant: vel com
Præpositione fi
Omnia conando
Ratio vestre scri
Ed

† Regunt
post se casu
perinde ut c
ut :

*Utendum**Pacem Troia**Ex.**Corundam**Occasio salu**Aniille nqs La**runt.**Missus est ad**Homines nbs*

Aptus ad discendum.

Mitto illum ad speculandum arcem.

† Interdum tamen sine Præpositione usurpantur, quando videlicet necessitatem significant in locutione Infinitiva. ⁷ ut:

Audio vigilandum⁸ esse nobis.

Video surgendum esse.

7.

8.

REGULA V.

* Ablativi casus Gerundia in DO, sequuntur Nomen aut Verbum, vel sine Præpositione [† quando Causam aut Modum significant:] vel cum Præpositione [† quando ex Præpositione significatio determinatur] ut:

Omnia conando⁹ docilis solertia vincit. Manil.

Ratio rectè scribendi, cum¹⁰ loquendo juncta est.

Fab. 1. 4.

9.

10.

REGULA VI.

† Regunt Gerundia Activè¹ significantia, post se casum Objecti Verborum suorum, perinde ut ceteri Modi, cæteraq; Tempora.

ut:

Utendum² est atate. Ovid. 3. de Art.

Pacem Troiano à Rege petendum.³ Virg. 11.

Æn.

Carendum⁴ erat tui. Ter.

Occasio salutandi amicos.

Ancillenas lavando & eluendo operam dederunt. Plaut. Pœn. 1. 2.

Missus est ad speculandum arcem.

Homines nihil agendo, male discunt agere.

1.

2.

3.

4.

Y 5

REGU.

REGULA VII.

- △ Locutio Gerundiva sæpè mutatur in Participium Futurum ¹ in DUIS, eodem genere, numero & Casu cum Substantivo junctum. *ut*: ²

Non inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Cic. l. 2. Fin.

Pralia de occupando ponte crebra erant. Liv. l. 7. ab U. C.

REGULA VIII.

3. △ Gerundium in DI, sæpè ³ jungitur Genitivis pluralibus cuiuscunque generis. *ut*:
Nominandi istorum magis quam edendi copia est. Plant. Capt. 4. 1.

Date crescendi copiam, novarum qui spectandis faciunt copiam. Ter. Heaut. Prol.

CAPUT XX.

SYNTAXIS SUPINORUM.

REGULA I.

- * Supina priora, si Activè ponuntur, Casum Verbi sui ¹ asciscunt, & cum Verbis significantibus motum ad rem junguntur. *ut*: ²

Venio salutatam amicos. Eo emptum panes.

Si autem Passivè ponuntur, etiam Ablativum cum Præpositione ³ regunt. *ut*:

Spero literas meas à te lectum iri.

REGU-

REGULA II.

* Posteriora Supina construuntur, vel cum Adjectivis facultatem aut modum aliquem significantibus: vel cum Verbis significantibus motum de loco. *ut*:⁴

Turpe dictu. Ovid. 2. Pont. 3.

Obsonatu redeo. Plaut. Men.

△ Interdum & cum Substantivis & aliis Verbis *ut*:

Quod dictu scelus est. Prud. in apoph.

Eudet dictu. Tacitus in vita Agricola.

CAPUT XXI.

SYNTAXIS IMPERSONALIIUM.

□ Haecenus de Syntaxi Verborum Personalium. Sequitur Syntaxis Impersonalium. Et post Regulam primam, quæ generalior est, prius de Impersonalibus Passivæ vocis agemus, quum minor sit eorum varietas.

REGULA I.

† Impersonalia utriusvis vocis, aut per Obliquos personam designant, aut sine casu personæ ponuntur. *ut*:

Cui peccare licet, peccat minus. Ovid.

Occurritur nobis à doctis. Cic.

Si libet, licet. Egetur acriter.

REGULA II.

* Impersonalia Passivæ vocis, ante se casum non habent: post se autem omnes casus sui Verbi personalis Activæ & Passivæ vocis recipiunt, præter Accusativum Activæ. *ut*:

Egetur

2. *Egetur aris vel are.?*
Mibi hic nec feritur nec metitur.
Itur Athenas. Itur in antiquam silvam.
Luditur de tuo corio.
 Non autem, *Legitur Virgilium.*

REGULA III.

* *Libet, Collibet, Licet, Liqvet*, Dativos asciscunt: *Decet, Deducet, Oportet, Accusati- vos cum Infinitivo*, ¹ *ut*:

- I. *Libet mihi deplorare vitam. Cic. de Sen.*
Si mihi nunc collibet.
Nobis non licet esse tam disertis. Mart.
2. *Mibi non liqvet.*²
Omnes homines summa ope niti decet, ne vi- tam silentio transigant veluti pecora.
Sat Catil.
Oratorem simulare non dedecet. Cic. 4. Tusc.
Oportet mendacem esse memorem.
- NOTA. Δ I. *Libet, Licet, Liqvet, Decet, ac Deducet*, sæpè etiam personaliter ³ usurpan- tur in tertia singulari. *ut*:
3. *Sitibi id minus libebit,* ⁴ *non te urgebo. Cic.*
 2. *de Or.*
4. *Non idem mihi licet,* ⁴ *quod aliis.*
Si habes quod tibi liqveat. Cic. 4. Ac.
Verecundia decet adolescentiam.
Admoviſſe preces, quarum me dedecet usus. Ov.
Decet & Deducet, etiam in tertia plurali leguntur. ut:
Parvum parva decent. Horat.
Te omnia dedecent. Seneca l. 2. de Benef.

II. *Decet*

Δ II. *Decet*
 invenis in
 statim additur.

Quandoque
Vobis decet.

Δ III.
 ante se habet.

oportet, ⁷ *etiam*

Raro etiam
tur. ut. Hac f.

He aut.

* *Pathetic*
 culativi per
 Infinitivi f.

Nibil fa

Nec te p

*

Premitet,
reficit

NOTA

Non satis v
ocum. ut:

Sua quere

\dagger I. *Imp*

lim etiam P

Et me qu
Plaut.

Δ Singu

Δ II. Decet etiam cum Dativo ⁵ positum 5.
invenies interdum, præsertim quando non 6.
statim additur aliud Verbum. ut: ⁶

Quandoque id deceat prudentiæ tuæ. Cic. de Or.
Vobis decet. Ita nobis decet. Ter. Ad.

Δ III. Oportet, raro Nominativum
ante se habet. ut: *Est enim aliquid quod non*
oporteat, ⁷ etiamsi liceat. ⁷ 7.7.

Raro etiam hoc modo in Plurali inveni-
tur. ut. *Hæc facta ab illo oportebant, Syre. Ter.*
Heant.

REGULA IV.

*Pathetica ¹ Impersonalia præcedunt Ac- 1.
cusativi personæ, sequuntur Genitivi rei, vel 2.
Infinitivi facti. ut: ²

Nilil faciendum est cuius nos pænitere pos-
sit. Cic.

Nec te pænitet calamo trivisse labellum. Virg.
2. Ecl.

* *Quæ sunt Impersonalia Pathetica?*

Pænitet, Piger, Pudet, Tædet, Miseret, & Mife-
rescit.

NOTA. † I. Pænitet, pro, *Parum est, ³ vel* 3.
Non satis videtur, eandem retinet constructi- 4.
onem. ut: ⁴

Sue quemque fortuna pænitet. Cic. l. 6. ep. 1.

† II. Impersonalia Pathetica, fuerunt o-
lim etiam Personalia. ut: ⁵ 5.

Et me quidem hæc conditio nunc non pænitet.
Plaut. Stich.

Δ Singulare est, quod Terentius dixit: *Ita*
me

me Dii amabunt, ut Menedemi vicem miseret me.
Heaut. 4. 5.

REGULA V.

- I. † Impersonalia ex Personalibus facta, pleraque Dativum post se habent, & frequenter cum Infinitivo. ut:

Sufficit mihi. Placet mihi. Vacat mihi.

Non cuius homini contingit adire Corinthum.

Hor. L. 1. ep. 18.

Sed Delectat & Iuvat, Accusativum. ut:

In primis me delectavit, tantum studium bonorum in me extitisse. Cic. epist.

Te animo hilari esse valde me iuvat. Cic. Q.

Fr. l. 2. ep. 11.

NOTA. Δ I. Iuvat, olim etiam Dativum rexit. ut: Quando ita tibi iuvat. Plaut. Cistel.

2. Δ II. Invenias ex his non pauca, quæ absolute h. e. nullo ante se casu ponuntur. ut:

Iuvat ire per altum. Ovid. 15. Met.

Ultra Sauromatas fugere hinc libet, & glaciale

Oceanum, quoties aliquid de moribus audent,

Qui Curios simulant & Bacchanalia vivunt.

Juv. sat. 2.

Δ III. Hæc & quædam etiam alia, pro Infinitivo Coniunctivum habent, cum Particula Causali vel Dubitativa. ut:

More hominum evenit, ut quid si nactus mali, prius rescisceres tu, quam ego quod tibi evenit boni. Ter. And. 5. 6.

Etsi non satis mihi constiterat, cum aliquæ animi

*animi mei molestia, an potius libenter te
Athenis visurus essem. Cic. l. 13. ep. 1.*

Talis autem particula interdum eleganter
omittitur. ut: *Iam licet ex eas.*

*Ex rerum cognitione efflorescat oportet oratio.
Cic. l. 1. de Or.*

Δ IV. *Constat. & Convenit*, etiam Præposi-
tionem cum conveniente casu interdum ad-
mittit. ut:

Ut inter omnes constat antiquos. Cic. in Or.

Mibi cum illo convenit. Cic. ad Att.

Sævis inter se convenit urfis. Iuv. sat. 16.

REGULA VI.

† *Debet, Cæpit, Incipit, Solet, Desinit, Potest*,
Impersonaliter posita, Infinitivum Passivum,
aut Activum Impersonalem recipiunt. ut:

Debet adolescentiam pœnitere peccati.

Cæptum est navigari.

*Ubi primùm cæperat tum conveniri, quæstio
oriebatur. Quintil.*

Tedere solet avaros impendii. Solet dici.

*Non potest intundè vivi, nisi cum virtute vi-
vatur. Cic. l. 1. Fin.*

Sic & alia quædam Verba Impersonaliter
posita, ut, *Certum est, Verum est, Apparet, Stat,*
Est pro Licet, & similia, Infinitivum post se
habent. ut:

*Certum est, in silvis inter spelea ferarum mal-
le pati. Virg. 10. Ecl.*

*Metiri se quemque suo modula ac pede verum
est, Hor. l. 1. ep. 6.*

Apparet

Apparet hunc servum esse domini pauperis.
Ter. Eun. 3. 2.

Stat casus renovare omnes. Virg. 2. Æn.
Cernere erat. Virg. 6. Æn.

REGULA VII.

1. † *Interest, & Refert*,¹ [quando *Pertinere* significat] Genitivum personæ vel rei asciscūt, sequente mox Infinitivo, vel Coniunctivo, cum particulis, UT, AN, NE, & similibus.
2. ut:²

Interest omnium rectè facere. Cic. 2. Fin.

Reipub. refert { *conservari literas.*
 { *ut conserventur litera.*
 { *an conserventur litera.*
 { *ne intercidant litera.*

Refert omnium, animadverti in malos. Cic.

△ Peculiare est illud *Quintiliani*. 9. 4. *Plurimum refert compositionis, quæ quibus anteponas.*

Exceptio.

3. † Pronomina Possessiva, ut: *Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra, Cuius*, Cum Verbis *Interest & Refert*, Ablativo³ casu genere fœminino junguntur. ut:

Tua & meâ maxime interest, te valere.
Cic. l. 16. ep.

Tuâ quod nihil refert, percontari desinas. Ter.
Hec. 5. 3.

Faciendum aliquid, quod illorum magis quam suâ retulisse videatur. Sal. Ing.

Ea cædes, si potissimum crimini datur, detur ei,

SYNT. IMPERSONALIUM 353

ei, cuiâ² interfuit, non ei cuiâ nihil interfuit. Cic. pro Mur.

4.

NOTA. Δ I. Nonnunquam Ablativus Pronominis Possessivi, & Genitivus Nominis, cum Verbis *Interest* & *Refert*, concurrunt. ut:

Interest meâ Oratoris. Cic.

Tuâ adolescentis interest, maiores natu vereri.

Meâ Caesaris refert, Rempub. vigilanter administrare.

Δ II. *Interest* & *Refert*, admittunt etiam Genitivos, ⁵ *Tanti*, *Quanti*, *Parvi*, *Magni*, *Permagni*, *Pluris*. ut: ⁶

5.

6.

Magni interest, quos quisque audiat quotidie. Cic. l. i. Q. Fr.

Nilominus tam hoc quam illud meâ refert. Plaut.

Δ III. Verbis *Interest* & *Refert*, etiam hæc Adverbia & Adverbialiter sumpta adduntur, ⁷ *Tantum*, *Quantum*, *Multum*, *Permultum*, *Plus*, *Plurimum*, *Infinitum*, *Parum*, *Paululum*, *Aliquantulum*, *Tantulum*, *Magis*, *Maximè*, *Minus*, *Minimè*, *Nihil*, *Aliquid*, *Quiddam*, *Vebementer*, *Tantoperè*, *Magnoperè*. ut: ⁸

7.

8.

Tantum interest, subeant radii an superveniant. Plin. 2. 16.

Infinitum refert Lunaris ratio. Plin.

Δ IV. Verbis *Interest* ac *Refert*, aliquando etiam Nominativus tanquam personali Verbo præponitur. ut:

Z

Quod

Quod meâ & Reip. interest. Cic. l. 2. ep. 18.

Infinitum refert Lunaris ratio. Plin.

Illud meâ magni interest, te ut videam. Cic. II. Att. 22.

9. Δ V. Verbum *Interest*, loco Genitivi recipit etiam Accusativum cum AD. ut: ⁹
Magni interest ad decus & ad laudem huius civitatis, ita fieri. Cic. l. 1. de nat. Deor.

Δ VI. Nonnunquam Verbum *Refert*, absolute sine casu ponitur, ut:

Nec numero comprehendere refert. Virg. 2. Georg.

Haecenus Verborum Syntaxis.

CAPUT XXII.

SYNTAXIS PARTICIPIORUM.

REGULA I.

* Participia quando post se regunt Casus, imitantur Verborum suorum Constructionem, ut: ¹

1. *Legens Virgilium, juxta Reg. 1. Cap. XIV.*
Legendus a Virgilio, juxta Reg. 1. Cap. XV.
Egens are & aris, juxta Reg. 4. Cap. XV.
Accusandus negligentia, juxta Reg. 6. C. XII.
2. *NOTA. I. Exosus, Perosus, & sæpe etiam Pertesus, Accusativo ² gaudent, ut:*
Tedas exosa jugales. Ovid. 1. Met.
Plebis Consulium nomen, haud secus quam Regum perosa erat. Liv. 3. ab H. C.
Pertesus ignaviam suam. Svet. Jul. cap. 7.

Δ Gellius

Δ Gellius etiam Exosus, Passivè Dativo junxit. Ex quibus latenter intelligas, non omnes modo Diis exosos esse. pro, invisos. [lib. 2. cap. 18.]

Δ II. Participia Verborum FIO, EXISTO, & similia, Casum sequentem non tantum antecedenti respondentem postulant; sed etiam ad quæcumque Casum præcedentem, Nominativum³ post se admittunt apud Græcos.

□ Genitivo.⁴ Aristot. l. 3. Meteor. cap. 6.

ἄλλ' ἀχλὺς ὕδατος μὲν πικρῆς, [hic respondet Genitivus] ἀλλ' ἕρω ὕδατος ὕδατος. [Hic infertur Nominativus, sicut dicitur, ἀχλὺς ἕρω ὕδατος.] Sic Camerar. Homil. de Ascens. ὄντ' ἕρω ἕρω τὸ ἐξώτατον τὸ κόσμος. [Hic infertur Nominativus, sicut dicitur: ὄσρανός ἔστι τὸ ἐξώτατον τὸ κόσμος.]

Dativo.⁵ Thucyd. lib. 4. Ἐν τῇ γῆ ποτὲ ἕρη Μεσσωρία. [Hic respondet Dativus.] Pausan.

Att. Ἐν τῷ γυμνασίῳ Πτολεμαῖον καλεῖται. [Hic infertur Nominativus; sicut dicitur: τὸ γυμνάσιον καλεῖται Πτολεμαῖον.]

Accusativo. Thucyd. lib. 1. οὐκ ἔντες τὰς τότε καλεῖται Ἐνεία ὁδοί. [Hic respondet Accusativus.] Item lib. 4. χωρίον, ὅπερ ἑστέρον ἐκαλεῖται Ἐνεία ὁδοί. [Hic infertur Nominativus; sicut dicitur: χωρίον καλεῖται Ἐνεία ὁδοί. Neunwege/ Neunstrassen.]

Δ Quod posterius Latinaliquando⁶ imitantur, ut: Fulgentius ad Ibrazymundum Regem Vandalor: in Africa, lib. 1. p. 230. [Editionis

Z 2 Basile.

Basileensis in octavo.] Ut in Verbo CARO [non Carne] facto, & habitante in nobis, quod in principio erat, sempiternitatis agnitio, suspensionem ceptæ nativitatis auferret. Ovid. 1. Met. Via nomen habet Lactea.

REGULA II.

- I. † Duo vel plura commata, † eleganter in unum contrahuntur, altero Verborum in Participium mutato. ut :

Vigilans somniat. Plaut. Amph. 2. 2.

Furor fit lesa sapius patientia. Publ. Syr.

Excruciatum necat. Sal. Jug.

Misere legatos memoraturos. Tac. 1. 4.

† Utrum autem in Participium commutandum est?

Illud, quod sub *Dum, Si, Ut, vel Postquam*, alteri præcedit : vel in sensu Relativo alteri jungitur. ut :

Vigilans somniat, i. e. dum vigilat; vel inter vigilandum.

Furor fit lesa sapius patientia. i. e. si sapius leditur; vel quæ sepius lesa est.

Excruciatum necat; i. e. postquam eum excruciauit.

Misere legatos memoraturos; i. e. qui memorarent, vel ut memorarent.

REGULA III.

△ *Do, Volo, Reddo, Curo, & similia*, cum Participio Præteriti temporis in Accusativo, quod Substantivo rei vel personæ junctum est,

est constructa, p

us, cuius Partic

Dabo tibi hoc e

riam.

Rogatus te vol

lorentum tibi

nam Part

centiam

R

* Participia

significancia, v

tunt, vel Ablati

Deus nobis or

quia non pa

esse pud

† Verba

libus, elegan

ctivo, recipi

DUS, eodem

Substantivo

Negotium c

ut e

Dedit mihi

ut de

P

* Natu, Pro

tus, & his similit

Nate Dea.

lib. 2.

est, constructa, periphrasin faciunt Verbi eius, ² cuius Participium sic usurpatur. ut. 2.

Dabo tibi hoc effectum. Ter. Eun. 2. 1. i. e. efficiam.

Rogatum te volo. Plaut. Cas. prol. i. e. rogo te.

Inventum tibi curabo, & mecum adductum tuum Pamphilum. Ter. And. 4. 2. i. e. inveniam & adducam.

REGULA IV.

* Participia Futura in DUS, necessitatem significantia, vel Dativum ¹ personæ admittunt, vel Ablativum cum Præpositione. ut: ² 1. 2.

Deus nobis orandus est.

Quia non putabam, hæc nunc à me scribenda esse publicè. Cic. l. 15. ep.

REGULA V.

† Verba *Curo, Do, Loco, Accipio, cum similibus*, eleganter pro Infinitivo ³ vel Coniunctivo, recipiunt Participium Futurum in DUS, eodem genere, numero & Casu cum Substantivo coharens. ut: ⁴ 3. 4.

Negotium conficiendum cures. i. e. confici, vel ut conficiatur.

Dedit mihi hanc epistolam describendam. i. e. ut describerem.

REGULA VI.

* *Natus, Prognatus, Cretus, Satus, Editus, Ortus, & his similia*, Ablativum asciscunt. ut:

Nate Dea. Ovo prognatus eodem. Horat. lib. 2, sat. 1.

Sanguine cretus Sisyphio. Ovid. 13. Met.

Sate sanguine Divum. Virg.

Mæcenas atavis edite Regibus. Hor. 1. Od. 1.

Orte Saturno. Hor. l. 1. od. 12. Divis ortu bonis. Idem.

Interdum mediante Præpositione EX. ut:

Ex concubina ortus. Salust.

Ex me hic non natus est, sed ex fratre. Ter.

REGULA VII.

† Duo Ablativi Consequentiam designantes, ¹ propemodum ² absolute junguntur, sed alter Nominis vel Pronominis, alter Participii, ut:

Imperante Maximiliano, Veneti graviter afflicti sunt.

Oppressa libertate patriæ, nihil est quod amplius speremus. Cic.

Nil juvat amisso claudere sepra grege. Ovid.

Quid est Designare Consequentiam?

Est ita in oratione poni, ut nihil plenum aut integrum intelligatur, sed tantum causa antecedens, aut tempus, aut conditio, aut similis circumstantia notetur, & ad perfectionem sententiæ amplius aliquid expectetur.

NOTA. † I. Interdum Participium dissimulatur, ³ locum ejus occupante aliquo nomine. ut: ⁴

Me conficio. Te judice. Duce numine.

Δ II. Nonnunquam solius Participii Ablativus ponitur. ut:

Milites

*Milites Imperatorem quærentes, in ipsum per-
rumpunt triclinium, nec nisi viso [sec. eo,
vel Imperatore] desiterunt. Sueton.
Orbon. c. 8.*

△ III. Interdum idem Ablativus Parti-
cipii Perfecti solus ponitur, sed Imperfona-
liter. ⁵ ut: ⁶

*Audito, Regem in Ciliciam tendere. Salust. 5. Hist.
i. e. postquam auditum esset.*

Hæc de Participiorum Syntaxi.

CAPUT XXIII.

SYNTAXIS ADVERBIO- rum. ¹

REGULA I.

* Adverbia subjiciuntur Verbis, aut eorum Participiis, ad explicandas actionum aut passionum circumstantias. ut:

Estina lentè. Quod citò fit, citò perit.

Sauciatus graviter. Bene doctus.

△ Verbis autem Substantivis, Adverbia paucissima subjici possunt. ut: *Frustra sum, i. e. decipior, frustror.*

□ Non autem dicitur, *Ille est bene.*

△ Quod si tamen Verbum Substantivum Impersonaliter ponitur, Adverbia quædam illi jungi possunt. ut: *Si vales, benè est.*

† Eadem est ratio Nominum Adjectivorum, quando Adverbialiter Verbis actionem

Z 4 nem

5. 6.

c.

2. nem aut passionem significantibus,² aut eorum Participiis adjiuntur. ut:

Torvum videt. Infveta rudentem. 8. Æn.
Infanda furentem. Virg. 8. Æn.

REGULA II.

* Adjiuntur Nominibus Adjectivis, aut Adjectivè usurpatis Adverbia, Intendendi vel Minuendi gratia. ut:

Vir egregiè doctus. Homo valdè pius.
Vir parum religiosus. Fœmina minis proba.
 Sic, *Maria semper virgo.*

Diu infans. Vix puer.

Interdum etiam Substantivis ipsis. ut:

Heri semper lenitas. Ter. Andr.

Δ Etiam Magis, Comparativo Intendendi gratia nonnunquam additur, pleonasmò Græco. ut:

Magis maiores nugas agere. Plaut. Men. & Pœn.

Quis magis optato queat esse beator ævo?
Virg. Cul.

NOTA. † I. Per, Perquam, Sanè, Valdè, Opido, Imprimis, Cumprimis, Apprimè, Admodum, Vehementer, & similia, ferè Positivis gaudent. ut:¹

Hæc est perfacilis & expedita defensio. Cic. 1. Fin.

Per, & Perquam, rarò etiam cum Superlativo junguntur. ut:

Perdissicillimum aditum. Liv. l. 10. b. Mæ.

Perquam maximo exercitu coacto. Curt. l. 4.

II. Quam

† II. *Quam*, quum admirationi, commiserationi, atque interrogationi cum admiratione permixtae servit, aut pro *Quantum* ponitur, Positivis jungitur. ut: ²

Quam multi otio dediti sunt.

Quam sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest. Cic.

Sed intercedente Verbo *POSSUM* aut *Quo*, particula *Quam* pro *Quantum*, Superlativis adjungitur. ut:

Iugurtha quam maximas potest copias parat.
Salust.

Ut te redimas captum quam queas minimo.
Ter. Eun. l. 1.

† III. *Quam* ut, eleganter, Comparativa sequitur. ut:

Hoc alius est, quam ut nos humi strati suspicere possimus. Cic. 3. de Or.

† IV. *Quam* pro *Valde*, Superlativis elegantissime jungitur. ut: *Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspius, quam maximas, quam primum, quam sapissime gratias agat. Cic. l. 13. ad Valer.*

Interdum etiam Positivum admittit. ut.

Fecerunt aliqui alia quam multa. Cic. 4. Verr.

Δ V. *Tam* & *Quam*, sapissime Positiva, Superlativa ³ rarius, Comparativa rarissime copulant. ut: ³

Nemo Orator tam multa, ne in Greco quidem otio scripsit, quam multa sunt nostra. Cic. in Orat.

*Quam quisque pessime fecit, tam maxime
rurus est. Salust.*

*Dexteram non tam in bellis & in praeliis, quam
in promissis & fide firmiorem. Cic. p.
Deiort.*

Sic & pro Tanto & Quanto. ut: *Tam magis il-
la fremens, & tristibus effera flammis,
Quam magis effuso crudefcunt sanguine
pugna. Virg. 7. Aen.*

△ VI. Tam interdum etiam separatim po-
nitur cum Positivo aut Superlativo. ut:

*Nondum erat vestris tam gravissimis, tamq;
multis iudiciis ignominisq; concisus. Cic.
12. Phil.*

△ VII. Ut pro Quam, Nominibus Adje-
ctivis, aut Adverbiis inde derivatis frequen-
ter additur, sive Positivi sint gradus, sive Su-
perlativi. ut:

*Ut acerbum est, pro benefactis quum mali mes-
sem metas. Plaut. Epid. 5. 2.*

Ut gravissime diligentissimeq; potui. Cic.

4. △ VIII. Adverbia in UM Positivis gau-
dent. ut: *

*Credo timida es aliquantulum soror. Plaut.
Bacchid.*

Sed *Tantum, Quantum, Aliquantum*, etiam
Comparativis junguntur. ut:

*Quantum domo inferior, tantum gloria superior.
Val. Max. lib. 4.*

Sius frater aliquantū est ad rem avidior. Ter. Eu.

△ IX. *Paulo, Nimito, Taro, & Quanto, Ali-
quantō,*

quomodo, quomodo,

[pro Multo]

Quanto superlativo

geramus.

Quo maturius, et

at postea longe &

Multo, Tanto

adduntur. ut:

Conspicuum vestre

Tanto pessimus o

Quanto tu optim

△ X. *Longe*

distans, per fac

argumenta

habentibus ju

Longe post ma

Petras longi pri

Virum unum

Platon

In iis affectibus

precipue

Longe, pro i

bus, quæ direct

gnificanti: item

Post, ut:

Longe alia meli

Longe aliter ac sp

Longe secus. Ci

Longe ante vider

Longe post subse

R

** Interdum du*

ipsis subiiciunt

quāto, eò, Quò, Multò Hoc [pro Tanto], Longè
[pro Multò], adhaerent Comparativo, ut:

Quāto superiores sumus, tanto nos submissius
geramus. Cic. 1. Off.

Quò maturius, eò melius. Multò magis.

At pedibus longè melior Lycus. Virg. 9. Æn.

Multò, Tanto, Quāto, etiam Superlativis
adduntur. ut:

Conspectus vester multò jucundissimus. Cic. pro l.

Tanto pessimus omnium Poeta, (Manil.

Quāto tu optimus omnium Patronus. Catull.

Δ X. Longè [pro, Valde] & Facile [pro, sine
dubio, vel, per facilem probationem ob manifesta
argumenta] Superlativis, & Superlativi vim
habentibus junguntur. ut: 5

Longè post natos homines improbissimò. Cic. Br.

Petus longè princeps municipii Lucensis. Cic. l. 13. ep.

Virum unum totius Graeciae facile doctissimum

Platonem. Cic. pro Rab. 2

In iis affectibus, qui miseratione constant, facilè
precipuus. Quintil. l. 10. Cap. 1.

Longè, pro Valde, additur etiam Nomi-
nis, quæ diversitatem, dissimilitudinemq; si-
gnificant: item Adverbiis, Aliter, Secus, Antè,
Post. ut:

Longè alia mihi mens est. Sal. in Catil.

Longè aliter ac speraveram res cecidit.

Longè secus. Cic. de Am.

Longè antè videre futura. Cic. 3. Tusc.

Longè post subsecutus.

REGULA III.

* Interdum duo vel plura Adverbia sibi
ipsis subjiciuntur. ut: 6

Sat cito, si sat benè. Cato. Non admodum pulchrè.

REGULA IV.

1. * Adverbia Derivata Primitivorum constructionem plerumque sequuntur. *ut: 1*
Pulcherrimè omnium fecit. juxta Reg. 2. Cap. IV.

2. *Similiter 2 huic vestitus erat. juxta Reg. Cap. V.*

Melius illo cecinit. juxta Reg. 2. Cap. VII.

REGULA V.

3. * En³ & Ecce, Nominativum, vel Accusativum⁴ asciscunt. *ut:*

4. *En dextra fidesq;. Virg. 4. Æn.*

En quatuor aras. Virg. 5. Æl.

Ecce autem nova turba & rixa. Cic. Ver. 6.

Ecce miserum hominem. Cic. l. 2. Fin.

† Accedit interdum & Dativus TIBI, non sine lepore. *ut:*

Ecce tibi eiusmodi sortitio. Cic. pro Cluent.

Eccetibi, qui Rex populi Romani esse concupierit. Cic. 3. Off.

† Eodem modo & Hem usurpatur, quum demonstrandi vim habet. *ut:*

Hem Davum tibi. Ter. Andr. 5. 2.

REGULA VI.

5. * *Sat, Satis, Abundè, Assatim, Parum, Partim, Ergo* [pro causa] Genitivum postulant: † & omnia⁵ partes Nominativi vel Accusativi agunt. *ut: 6*

6. *Nom. Testium sat est. Cic. 2. de Fin.*

Satis

Satis abundè

Tibi dicitur

Satis loquens

Partim bonum

Acc. Im. Satis ter

na misit

& jam pri

adeptu

Driviarum

Quocumq;

Hor. l.

Partim sum

ti. Ter.

Victoria n

catis

† Ubi. Ubi

Quomodo, Quomodo

vos Terarum

mittunt. ut: 7

Uiterrarum

5. Att. 9

Uiterrarum gentes

Dicitur de Long

Tulose gentes

Hor. Ed. & l.

& aliorum Nom

quando terminantur

Hic deventia

Hic maior w

Eo impleta

Satis abundeque paenarum est. Quintil.

Tibi divitiarum affatim est. Plaut.

Satis loquentia, Sapientiae parum. Salust.

Partim hominum venerunt. Gell. 10. 13.

Acc. *Iam satis terris, nivis atque dirae Grandinis misit Pater. Hor. l. 1. od. 2.*

Se jam pridem potentia gloriae abunde adeptum. Svet. Caes. c. 86.

Divitiarum affatim corrasit.

Quaecumque parum splendoris habebunt.

Hor. l. 2. ep. 2.

Partim sum earum exactus, partim vix steti. Ter. Prol. Hec.

Victoria navalis ergo in unum diem supplicatio decreta est. Liv. l. 7. belli Mac.

REGULA VII.

† *Ubi, Ubique, Ubinam, Ubicumque, Ubivis, Quovis, Quoquo, Usquam, Nusquam, Genitivos Terrarum & Gentium, eleganter admittunt. ut:*

Ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem. Cic.

5. Att. 97.

Ubinam gentium sumus? Cic. 1. Catil.

Dicitur &, Longè gentium. ut:

Tu longè gentium abes. Cic. Att. l. 3.

Huc, Eò, & Indo, non tantum Locorum, sed & aliorum Nominum Genitivos recipiunt, quando terminum quasi notant. ut:

Huc dementia pervenit.

Huc malorum ventum est, ut &c. Curt. l. 6.

Eò insolentia processit. Plin. in Paneg.

Eò con-

Eò consuetudinis adducta res erat, ut Sc. Liv. l. 5. bell. Pun.

Inde thori qui iunctus erat. Ov. 2. Fast.

8. Δ *Interea & Postea*, Genitivum Loci; ^s & *Quoad* Genitivum Eius, interdum recipiunt. *ut: Interea loci. Ter. Eun. 1. 2. & Heaut. 2. 3.*

Postea loci. Salust.

Quoad eius fieri potest. Cic. l. 5. ep. 8.

Non pratermittes, quoad eius facere poteris, scribere ad me. Cic.

REGULA VIII.

* *Pridiè & Postridiè*, Genitivum vel Accusativum asciscunt, aut Verbum aliquod cum particula *QVAM*. *ut:*

Pridiè eius diei. Pridiè Compitalia.

Postridiè Nonarū. Postridiè Ludos Apollinares.

Pridiè quàm excessit è vita. Postridiè ad me veniè quàm expectaram. Cic.

Δ *Eodem modo cum particula QVAM & Verbo aliquo construuntur sequentes formulae, Postero die, Altero die, Paucis post diebus, Post diem quartum, Anno post, & similes. ut:*

Postero die quàm illa erant acta. Cic. 2. de Or.

Decessit paralyti altero die quàm correptus est. Sveton.

Undecimo die post, quàm à te discesseram, hoc literarum exaravi. Cic. Att.

Livius etiam particulam POST supprimit. ut:

Septimo die quàm profectus erat, in castra redit.

Octavo mense quàm captum est oppugnari Saguntum, captum est.

Adver-

Adverbium
TEMPORIS ad
Substantivum obscurum

RE

Δ *Uspes*, Tempus
modum, & plura
Ab, Ex, At, vel Tr.
canonicego ut:
Uspes à Thalere
phorum. Cic.
Quoad ex ultimis

genit. Cic. 3.

Uspes ad durnam

Pant. Men.

Trans Alpes usque

Nominibus

tionem ut: *Militem*

Quandote

nangvam ad U

ISTHINC. ut:

Quod longis

spacium prateritis

am recordari ut

Et. Cic. pro Arch.

Quod usque

Att. l. 1.

RE

Δ *Plus, Amplius,*

ut: *Dies triginta et*

Amplius opinor

Minus opinor

Sapientiam ablativum

Adverbium TUNC, etiam Genitivum
TEMPORIS admittit. ut :

Sed de gente obscura tunc temporis. Iustin. l. 1.

REGULA IX.

Δ Usque, Temporibus vel Locis accom-
modatur, & plerunqve Præpositionibus, *A,*
Ab, Ex, Ad, vel Trans, conjungitur, amplifi-
cationis ergò ut :¹

*Usque à Thalete enumerasti sententias Philoso-
phorum. Cic. 1. de nat. Deor.*

*Qui usque ex ultima Syria atque Ægypto navi-
garent. Cic. 3. Verr.*

*Usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.
Plaut. Men. 1. 2.*

Trans Alpes usque transfertur. Cic. pro Quint.
Nominibus Loci interdum sine Præposi-
tione. ut : *Miletum usque. Ter. Ad. 4. 5.*

Quando terminus à quo notatur, non-
nunquam ad USQVE additur INDE vel
ISTHINC. ut :

*Quod longissimè potest meus mea respicere
spacium præteriti temporis, & pueritiæ memori-
am recordari ultimam, inde usque repetens, video
&c. Cic. pro Arch.*

*Quod eos usque isthinc ex auditos putem. Cic.
Att. l. 3.*

REGULA X.

Δ Plus, Amplius, Minus, Ablativum habent.
ut :² *Dies triginta aut plus eo in navi fui. Ter. Hec.*
Amplius opinione morabatur. Salust.

Minus quinquennio est quod prodiere. Pli. 15. 25.
Sæpè etiam absolute sine casu ponuntur, sub-
audita

3. audita Coniunctione QVAM, ad Accusativum vel Nominativum aliunde rectum. *ut:*
 Acc. *Ancillas secum adduxit plus decem. Ter. i. e. plures quam decem.*

Quum non amplius octingentos equos haberent. Caesar.

Nunquam Nix minus quatuor pedes alta jacuit. Liv. i. e. pauciores quam Sc.

Nom. *Plus duo millia hostium eo die castraduntur: Romanorum minus quadringenti. Liv.*

Vulnerantur amplius sexcenti. Cas.

REGULA XI.

* *Quum*, Wenn / asciscit Praesens, Perfectum & Futurum Indicativi, quando Tempus absolute significat: & Praesens vel Futurum Coniunctivi, quando quodammodo cum conditione facti. *ut:*

Quum audio ad te ire aliquem, literas ad te dare soleo.

Quum audiavi ad te aliquem ire, literas ei ad te dedi.

Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito. Virg.

Quum faciem videas, videtur esse quantivis precii. Ter. Andr. 5. 2.

Cognosces, quum literas meas legeris.

REGULA XII.

* *Quum*, Als / vel Do / asciscit Imperfectum & Plusquamperfectum Coniunctivi. *ut:*
Quam scriberem. Quum scripisssem.

† Si

Si vero Tempus
 da, quam quomodo
 pare potest. *ut:*

Auli cum sunt, quomodo
 15. Ep. 14.

Quum utrumque, quomodo
 tur, Obrutus

Ovid. 1. ep.

Latibuntium est,
 fsi. Cic.

Nunquam obliuiscit
 giloni pollicetur

Δ Sed propter
 etiam Coniunctivi
 terita. *ut:*

Scis profectio fuisse
 nes existimant

RE

* *Dum*, in de
 in actu, sed non

gitur, sequente
Dum apparatur,

Eun. 3. 5.

Interea dum sermo
 Has dico mecum

gn. Ter. E

RE

* *Dum* & *Do*
 g/ Indicativi iun
 Egroti dum animi
 dit. 12.

† Si verò Temporis alicuius mentio præcedat, etiam quodvis Tempus Indicativi recipere potest. ut:

Multi anni sunt, quum ille in are meo est. Cic. 15. Ep. 14.

O utinam tunc, quum Lacedæmona classe petebat, Obrutus insanis esset adulter aquis. Ovid. 1. ep.

Iam biennium est, quum virtuti nuncium remisisti. Cic.

Namquam obliviscar noctis illius, quum tibi vigilanti pollicebar. Cic. pro Plan.

△ Sed propter infinitam sententiam, Cicero etiam Coniunctivo usus est, de re præterita. ut:

Scis profectò fuisse quoddam tempus quum homines existimarent. Cic. 13. ep. 14.

REGULA XIII.

* Dum, in dem / weil / de re præsentis adhuc in actu, sed nondum perfecta, Indicativo jungitur, sequente ferè voce INTEREA. ut:

Dum apparatus, Virgo in conclavi sedet. Ter. Eun. 3. 5.

Interea dum sermones cædimus. Ter. Eu.

Hac dum mecum reputo, accersitur interea Virgo. Ter. Eun.

REGULA XIV.

* Dum & Donec, pro Quamdiu, So lange / Indicativis junguntur. ut:

Egrotò dum anima est, spes esse dicitur. Cic. 9. Att. 12.

A 2

Donec

Donec eris felix, multos numerabis amicos. Or.

1. Tr. 8.

Sic etiam *Nondum* & *Nibildum*. ut:

Nondum Laurus erat. Ovid. 1. Met.

Nibildum Brundusio erat allatum. Cic. 9. Att.

Pro *Usquedum* autem, *So lange bis/*
Dum & *Donec* modo Indicativum, modò
Conjunctivum asciscunt. ut.

Tityre dum redeo, brevis est via, pasce capellas.

Virg. Ecl. 9.

Expecta, amabo te, dum Atticum conveni-
am. Cic. 7. Att.

Donec partu dabit Ilia prolem. Virg. 1. Æn.

Coquas, donec ea aqua quam adjeceris, deco-
cta sit. Colum. 12. 26.

REGULA XV.

1. * *Quoad*,¹ *So lange/So fern*/habet Indi-
cativum & Conjunctivum, prout sententia
est finita vel infinita. ut:

Quoad fuit in urbe, eius consiliis obstiti. Cic.
2. Cat.

Ut quoad possem & liceret, à senis latere nun-
quam discederem. Cic. de Am.

† Etiam Interrogativè, *wie lange?* cum In-
dicativo. ut:

Senem quoad expectatis vestrum? Ter. Phor. 1. 1.

† In significatione autem pro *Usquedum*,
de re futura, vel *So lange bis/*habet Conjun-
ctivum. ut:

Omnia ut integra servem, dabo operam, quoad
exercitus huc submittatis. Cic. 10. ep. 21.

REGU.

¹ *Datum*, Pr

Vetorum jungi

Narrobus gra

And. 4.

Pridem vidimus

Nepi differere

† *Datum* & N

nedolium aut n

dum autem fini

admittunt. ut:

Datum circum

Cic. 4.

Quoniam h

modum

† Sic etiam

diu, ² Praesens

actio: Praeter

fasse intelligit

Praef. *Laudanda*

Eni.

Lampride

Cic. 2.

Lauda ha

1. Ac.

Praef. *Laudanda*

Ter. 2

Lampride

Cic. 11.

Conventus

1. Att.

REGULA XVI.

* *Dudum, Pridem, & Nuper, Præteritis*
Verborum jungi postulant. *ut:*

Narro huic, quæ tu dudum narraſti mihi. Ter.

And. 3. 4.

Pridem vidimus eadem. Plin. l. 7. c. 16.

Nuper diſſerere cœperunt. Cic. de Am.

† *Dudum & Nuper* tamen, quando de actione dudum aut nuper quidem incepta, nondum autem finita fermo eſt, etiam Præſens admittunt. *ut:*

Dudum circumrodo, quod devorandum eſt.

Cic. 4. Att.

Quaſi hæc inter nos nuper notitia admodum eſt. Ter. Heaut.

† Sic etiam, *Iamdudum, Jampridem, Jamdiu*, ² Præſens aſciſcunt, quando adhuc durat actio: Præteritum autem, quando actio ceſſaſſe intelligitur. *ut:*

Præſ. Iamdudum animus eſt in patinis. Terent.

Eun. 4. 7.

Iampridem cupio Alexandriam viſere.

Cic. Att.

Iamdiu hæc tractantur à Græcis. Cicer.

1. Ac. 9.

Præſ. Iamdudum tibi adverſabar. Plant.

Men. 2. 3.

Jampridem intellexiſti voluptatem meam,

Cic. 11. Att.

Conventus jamdiu fieri deſerunt. Cicer.

1. Att.

REGULA XVII.

† JAM, etsi cuius Modus & Tempus copulari potest: si tamen Præterito tempori jungitur, & terminus initialis notandus est, Præpositionem A vel AB eidem præfigi postulat. ut:

Ista me jam à prima adolescentia delectarunt.
Cicer.

Iam ab illo tempore, quum in Cumanum mihi obviam venisti. Cic. 2. fam. Gleich von derselben zeit an.

REGULA XVIII.

* Ut, pro Postquam, Indicativum petit. ut:
Ut ab urbe discessi, nullum prætermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem. Cic. 7. Att.
Ut quisque venerat accedebam. Ter. Hec. 5. 3. i.e. eo ordine, quo quisque venerat; Vel, statim ubi quisque venerat.

REGULA XIX.

* Antequam, Priusquam, Indicativis & Coniunctivis junguntur. ut:
Experiri omnia certum est, antequam pereo. Ter. And.

Priusquam de Repub. dicere incipio. Cic. 2. Phil.
Antequam de Repub. dicam. Cic. 1. Phil.
Priusquam incipias, consulto opus est. Salust.

REGULA XX.

△ Formulæ efferendi adverbialiter tempus relatam, sive in instanti, sive de duratione, hæc ferè sunt: De

De Inst: *Simul* _____*Simul ut* _____*Simul ac* _____*Simul atque* _____*Simul ac* _____ *statim.**Simul atque* _____ { *Illico.*
Continuò.
*Statim.**Simul* _____ { *Confestim.*
*Statim.**Statim* _____ { *Simul ac.*
*Simul ut.*Sequente Verbo Indicativi vel Coniunctivi Modi. *ut*:*Omne animal, simul ut ortum est, & seipsum & omnes partes suas diligit. Cic. de Fin.**Simul atque audiero, scribam ad te. Cic. Att.**Simul accepi literas, statim quæsi vi è Balbo, quid &c. Cic.*

De Dur:

Tantisper _____ { *Dum.*
*Quoad.**Usque* _____ { *Dum.*
Donec.
*Quoad.**Tamdiu* _____ { *Dum.*
Donec.
Quam.
Quamdiu.
Quoad.

Aa 3

Usque

Usque adeo ———— } Dum.
 } Donec.
 } Quoad.
 } Quoad.
 } Quamdiu.

Per aliquot dies &c. ———— Quoad.

ut: Ego te meum esse tantisper volo, dum quod te dignum est facis. Ter. Heaut.

Mibi quidem usque cura erit quid agas, dum quid egeris sciero. Cic. 15. ep. 15.

Rogo quoad eris Romae, tu ut satis des. Cic. At. Differam per aliquot dies, quoad vires colligam.

REGULA XXI.

1. † Quasi, ¹ Ceu, Tanquam, Perinde, quando
2. Simulationem ² significant, Coniunctivum post se habent. ut:

Sic eas exponam, quasi agatur res, non narretur. Cic. 5. Tusc.

Quasi verò paulum interfet. Ter. Eun. 4. 4.

Ceu verò nesciam, adversus Theophrastum scripsisse etiam feminam. Plin. prae fat. operis.

Tanquam feceris ipse aliquid. Juven.

Perinde ac suis satisfacere, & fraudata restituere vellent. Cas. 3. bell. Civ.

Quando autem Similitudinem ³ notant, Indicativum post se admittunt. ut:

Fuit olim, quasi ego sum, senex: & ei filiae duae erant, Quasi nunc meae sunt. Eae erant duobus nuptae fratribus, Quasi nunc sunt meae vobis. Plaut. Stichus.

Aduersi

Lom) rupo ceu q
 gunt. Virg.
 Tanquam Philo
 q) rocabala.
 Torade alterores e
 aut diceris p

*Daz Negati
 eademq; clausola

Non sum nescia

Nonnulli boni

Nonna nov, i. e.

Nemini ag om

Sed speciales N

Parva natura

vatum, ne

R

*NON, A

Modis & Peri

Imperativo Se

Non fecit. No

Non fecisset.

R E

† Adverbia

duos sensus po

per SED ETIA

Scipio non sol

delevit.

Δ Si aut

Adversus rupto ceu quondam turbine venti consistunt. Virg. 2. Æn.

Tanquam Philosophorum habent disciplina ex ipsis vocabula. Ter. Eun. 2. 2.

Perinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili aut diverso pronunciabuntur. Quint. 9. 4.

REGULA XXII.

* Duæ Negationes apud Latinos † in una eademq; clausula, faciunt Affirmationem. ut:

Non sum nescius. i. e. Scio.

Nonnulli homines. i. e. Aliqui.

Nemo non, i. e. quilibet.

Ne nihil agamus. i. e. ut aliquid agamus.

Sed speciales Negationes nihil derogant. ut:

Parva natura nihil magni efficit, neque privatim, neque publice.

REGULA XXIII.

* NON, Adverbium Negandi, † omnibus 5.

Modis & Personis jungi potest, præterquam Imperativo Secundæ personæ. ut: *Non facio.* 6.

Non fecit. Non faciam. Quasi non faciatis.

Non fecissetis. Non facerem. Si non fecero.

REGULA XXIV.

† Adverbia negatæ solitudinis plerunq; duos sensus postulant, quorum alter redditur per SED ETIAM, vel VERVOMETIAM. ut:

Scipio non solum presentia, sed & futura bella delevit. Cic. de Amic.

△ Si autem ad prius membrum alia

Δ a 4 negatio

7. negatio additur, ferè ⁷ succedit SED NE, SED NEC, vel SED NEC QUIDEM. ut:

Pro tantis beneficiis mihi non tantum nihil retribuit, sed ne quidem gratias egit.

8. Interdum tamen ⁸ etiam in hac forma, SED ETIAM succedit. ut:

Contigit tibi, ut summa severitas animadversio- nis, non modo non invidiosa, sed etiam popularis esset. Cic. 9. ep. 14.

REGULA XXV.

Δ NEDUM, Secundum semper in sententia locum obtinet, & in orationibus Negativis id quod minus est præmittit; quod maius est, subnectit; cui interdum succedit etiam UT cum Coniunctivo. ut:

Non numerarem pro hac re tres grossos, nedum tres aureos.

Isti oneri, multi conjuncti pares esse non poterunt, nedum tu unus sufficere queas.

Dabit quod non debet, nedum ut creditum abjuret.

In oratione autem affirmativa, quod maius est, præmittit, quod minus est, subnectit. ut:

Sanguinem pro te funderem, nedum pecuniam. i. e. non modo pecuniam: Vel, multo magis pecuniam.

Δ NEDUM, pro Non solum, etiam priore loco aliquando ponitur. ut:

Tu quoniam quartanæ carēs, & nedum morbum removisti

removisti, f
tam nobis i

R E G

*NE Adver
tantum personis
tem Coniunctivo

Nisi tantop
Prohibita pat
&c.

Oratores f

† Cicero libe

VE. ut:

Noli putare n

Care putēs.

† Sed NE

Optandi, Cot

Ne sim saluus,

Aut

Ultiam ne Ph

cidisset.

† NE Inter

AN habet. n

Estne ea, an m

Nec quid agam

tem, an an

Pro AN NO

ulurpatur. ut

Emittet res, nec

Capit:

RE

*NE per

removisti, sed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Grecia sisse. Cic. Att. l. 10.

REGULA XXVI.

*NE Adverbium Prohibendi, secundis tantum personis Imperativi, quibusvis autem Coniunctivi, additur. *ut:*

Ne sevi tantopere. Ter. Andr.

Prohibuit pater ne facerem, faceres, faceret, &c.

Oratores ferè utuntur Coniunctivo.

† Cicero libentius usurpat, NOLI & CAVE. *ut:*

Noli putare me quicquam maluisse.

Cave putes.

† Sed NE Adverbium Jurandi, & quasi Optandi, Coniunctivum semper asciscit. *ut:*

Ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio. Cic. l. 6.

Att. 13.

Utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. Ter. Phorm. 1. 3.

† NE Interrogandi vel Dubitandi, post se AN habet. *ut:*

Estne ea, an non? Ter. Heaut.

Nec quid agam certum est, Pamphilumne adjutem, an auscultem Seni. Ter. And.

Pro AN NON, interdum etiam NECNE usurpatur. *ut:*

Emitteresne, necne, eum servum manu. Plaut.

Capt:

REGULA XXVII.

*NÆ per Diphthongum, Pronominibus

bus præpositum, Indicativo vel Coniunctivo jungitur. *ut*:

Na ego homo sum infelix. Ter. Ad.

Na tu si id fecisses, melius fama tua consulisses.

Cic. 2. Phil.

Na ille vir sapiens latius ex his tenebris in lucem illam excesserit. Cic. 1. Tusc.

REGULA XXVIII.

† AGE, AGITE, AGEDUM, Imperativo vel Coniunctivo gaudent, rarius tamen tertiæ personæ. *ut*:

Eia age rumpe moras. Virg.

Agè nunc iter expediti latronis cum Milonis impedimentis conferte. Cic.

Quare agite o rectis Iuvenes succedite nostris.

Agedum hoc mihi expedi primum. Ter. Eun.

Age ista divina studia omittamus. Cic. de Sen.

Procedat agedum ad pugnam. Liv. l. 7.

ΔΝΟΤΑ. I. Age interdum etiam ponitur cum prima persona Indicativi, *ut*:

Age si paraveris, possumus. Cic.

Age verò laudo aliquem, num offendo? Cic. de Fin.

Age veniam. Ter. And. 4. 2.

I. II. Non dicimus, Age autem, ¹ Sed, Age verò; Age sanè; Age porro; Age nunc; Age jam; Agite verò. *Cic. 2. de Orat.*

III. Age non tantum cum Singulari, sed & cum Plurali jungitur: Agite autem semper cum Plurali.

REGULA XXIX.

* Optandi vel Imperandi particulae, *Ut, Utinam,*

Utinam, & *Osi*, Coniunctivum asciscunt.
ut:

Ut illum Dii Deaq; perdant. Ter. Eun. 2. 3.

*O utinam tunc, quum Laedemona classe pe-
tebat, Obrutus insanis esset adulter aquis.*

Ovid. ep. 1.

O mihi prateritos referat si Jupiter annos.

Virg. 8. Aen.

REGULA XXX.

† *UT*, pro *Quomodo*, cum quadam admira-
tione, Indicativum habet. ut:

Ut falsus est animi. Ter. Eun.

Ut sapè summa ingenia in occulto latent.

Plaut. Capt. 1. 2.

Si autem infinitè sumitur, habet Con-
iunctivum. ut:

Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus;

Ut capiant vitium, ni moveantur, aqua. Ovid.

1. Pont. 6.

Interdum *UT* simpliciter similitudinem
designat. ut:

Ut² tute es, ita omnes censes esse. Plaut. Rud. 4. 4.

Ut sementem feceris, ita metes. Cic. 2. de Or.

*Ut nunc sunt mores, adeò res redit, Si quis quid
reddit, magna habenda est gratia.* Terent.

Phorm. 1. 2.

Hactenus Syntaxis Adverbiorum.

CAPUT XXIV.

SYNTAXIS PRÆPOSI-
tionum.

REGU-

REGULA I.

- * Præpositio Nominibus & Verbis addit suum ¹ Casum. ut:

*Aptus ad studia. Pietas erga Deum.
Gratus pro beneficio. Freqvens in Schola.
Non datur ad Musas currere lata via.*

† NOTA. I. A, Ab, Abs, Absque, similem proximè habent Constructionem, ita tamen ut A præponatur Consonantibus quibusvis, præter H. ut:

A cane. A patre. A Jove. A Venere.

AB, Vocalibus & H. ut: *Ab alio, Ab ortu,*

2. *Ab hoste.* Et nonnullis Consonantibus ² quæ molliusculè sonant, præcipuè L N R D S, & J Consonanti. ut:

*Ab legatis. Ab nullo. Ab Romanis.
Ab Ducibus Ab Senatu. Ab Jove.*

3. ABS, literis T & Q. ³ Abs te. Abs quovis. ABSQVE, pro Sine, Comicis magis usurpatur.

Absque te si fuisset, hodie nunquam ad Solem occasum viverem. Plaut. Mez.

II. E utimur sequente Consona. ut: E medio.

EX, sive Vocali, sive Consona sequente. ut:

Periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu fiet. Ter. Heaut. 2. 1.

Ex malis moribus. Ex tempore.

III. PENES, soli Accusativo personæ jungitur, sive Propriè. ut: *Me penes est unum fasti custodia mundi. Op. 1. Fast. de Jano. sive per*

per Protopope
ariorum est

IV. PROH

Comparativus

eandem Syntax

Propriè urbes

ad O

U quamp

R

³ In, Sub, S

vium, quum

Ablativo, qu

vel esse. ⁴ ut:

In freta dum

Scans cell

Audiam, is

m

Sub dio

Super arbor

Super arbor

Consequo

Lit

Omnis fer

sue

† NOTA.

vium, quand

Erga. ut: P

Contra. ut

tonitrua turre

Ad. ut: P

ceram seni.

per

per Prosopopœiam. ut: *de Usu, Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.* Hor.

IV. PROPE, etiam comparatur. Ideoq; Comparativus & Superlativus cum Positivo eandem Syntaxin retinet. ut:

Propius urbem castra movit. Cic. Phil. 6. & ad Oct.

Ut quamproximè Italianam sit. Cic. Phil. 10.

REGULA II.

* *In, Sub, Super, & Subter,* Accusativo serviunt, quum motum ad locum significant; Ablativo, quum quietem, aut in loco fieri vel esse. ⁴ ut:

In freta dum fluvii current. Virg. 1. Æn.

Stans celsa in puppi. Virg. 3. Æn.

Audiam, & hæc manes veniet mihi fama sub imos. 4. Æn.

Sub dio jacere. Hor. l. 3. od. 2.

Super arborem collocare. Auf den baum setzen.

Super arbore sedere. Auf dem baume sitzen.

Consul equo citato subter murum advehitur.

Liv. l. 4. dec. 4.

Omnes ferre libet subter densa testudine casus. 9. Æn.

†NOTA. I. IN habet etiam Accusativum, quando significat

Erga. ut: *Pius in patriam.*

Contra. ut: *Crudelis in liberos.* Cicero in Antonium invecus est.

Ad. ut: *Pisciculos minutulos ferre obulo in cœnam seni.* Ter. And. 2. 1.

Per.

Per. ut: *Crescit in dies singulos hostium numerus.* Et Ablativum, quando significat Inter. ut:

Hoc primum sentio, nisi in bonis Amicitiam esse non posse. Cic. de Am.

vel Ante. ut: *In oculis duo navigia maiora submersa sunt.* Curt.

II. SUB, asciscit etiam Accusativum, quum significat Circa, vel Paulò ante. ut:

Sub Brumam. Sub finem. Sub lucem exportant calatbis. i. e. circiter lucem.

Paulò pòst. ut: *Sub eas statim recitata sunt tuæ.* Cic. lib. 10. fam.

Per. ut: *Sub noctem cura recursat.* 1. Æn. i. e. noctu, vel per noctem.

III. SUPER, habet etiam Accusativum, quum significat Inter, vel In tempore. ut: *Super cœnam.* Plin. 4. 22. pro, *Inter cœnandum.*

Præter. ut: *Super bellum annona premente.* Liv. lib. 1. dec. 2. *Super cætera flagitia.* Svet. Claud.

Ultra. ut: *Super ripas Tiberis effusus amnis.* Liv. l. 1. d. 1.

Et Ablativum, quum significat

De. ut: *Hac super re scribam ad te.* Cic. 16. Att. 6. *Multa super Priamo rogitans, super Heleora multa.* 1. Æn.

Ob. ut: *His accensa super.* 1. Æn. i. e. Ob hac.

IV. SUBTER, Accusativum ferè pòscit, si ve Quietis si ve Motus Verbis jungatur. ut: *Ubi circa muros supra subterque terram per dies quindecim pugnatum.* Liv. l. 9. d. 4.

Plato

Hoc in p
cordia

R

Tenu, cum

Genitivo jungit

Et Coptus c

Cic. d

Romores illi

luera

Corum ten

Sic Græci, usq

Cellus abla

leo repido dev

quam ablatam

Nonnunqu

Flacc. lib 1.

Et T. nam

Florus: Cur

Semper a

tur; ut & V

Corum re

Inter Ad

vum interpo

Quam XIII.

vira, expoluit

f Substanti

junctionis cu

CUM solent

freudo, Tam

cum aliqno.

Plato Iram in pectore, Cupiditatem subter præcordialocavit. Cic. 1. Tusc.

REGULA III.

† *Tenus*, cum Nomine Plurali sæpè etiam Genitivo jungitur, Græcorum more. ut:

Et Cephæus conditur antè Lumborum tenus.

Cic. Arat.

Rumores illi de Comitibus Cumarum tenus caluerunt. Cæc. Cic. lib. 8. ep.

Crurum tenus. Virg. 3. Georg.

Sic Græci, μέγχι ποδῶν.

Celsus Ablativo usus est: *Hæc abundè est loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquam calidam.*

Nonnunquam & Accusativo jungitur. *Val. Flacc. lib. 1.*

Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro.

Florus: Curio Daciam tenus venit.

Semper autem *Tenus* Casui suo postponitur; ut & *Versus* plerunquè. ut: *Hæc tenus.*

Crurum tenus. Capulo tenus. Romam versus.

Inter Adjectivum tamen & Substantivum interponi potest. ut: [*Suet. Aug. 85.*]

Quam XIII. libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra, exposuit.

REGULA IV.

† Substantiva Nomina societatis & conjunctionis cujuscunquè, cum Præpositione CUM solent jungi. ut: *Amicitia, Coitio, Consuetudo, Familiaritas, Convictus, Conversatio cum aliquo.*

Sic

Sic & Verba. *ut: Conversari cum aliquo.
Qui cum ingenis conflictatur eiusmodi.
Oblector me cum Musis.*

Nomina verò affectionis aut cupiditatis animi, junguntur cum Præpositione IN, ERGA, ADVERSUS. *ut: Amor in aliquem.*

Pietas erga Deum. Odium adversus fratrem.

REGULA V.

6. Δ Præpositiones interdum etiam aliis Præpositionibus & Adverbiis præponuntur. ⁶
7. *ut: 7*

De Q. Fratre nuncii nobis tristes venerunt, ex ante diem Nonas Iunias, usque ad pridie Calendas Septembris. Cic. 3. Att.

Huc pertinent & ista Composita, *Desursum, Desubito, Derepente, Exinde, Proinde, Abusque, Abhinc, Debinc, Desuper, & similia.*

Hæc de Præpositionum Syntaxi.

CAPUT XXV.

SYNTAXIS CONJUNCTIONUM.

REGULA I.

1. * Conjunctio aut similia¹ conjungit; aut dissimilia præcedentibus connectit. *ut:*
Sim: Nox & Amor, vinumq; , nihil moderabile suadent. Ovid. 1. Am. el. 6.
Aut prodesse volunt, aut delectare Poeta. Horat.

Dissim:

*Delim: Et Respub
nteresf.*

RE

† Copulativa
media tantum po
soli posteriori au
patur. ut:

Fortis bonusq;

Omnia Mercu

R

* UT Causa
bens, v. g. NE,
accidunt. ut:

Orare iussit

Ter. A

Veritus sum

vorum

Neque id fec

Non dubitan

Ter. And

† Quo loco

vel Futuram,

ctivam Præsen

Iubeo ut faci

Sin Præter

rum in Imperf

Iubebam. Ju

Δ Sed Præse

tum, si res adh

Orare iussit her.

Dissim: *Et Reipub. & meâ, & vestrum omnium interest. Fui Romæ & Athenis.*

REGULA II.

† Copulativa QVE, ² nunquam intermedia tantum ponitur inter copulata, sed vel soli posteriori annectitur, vel unicuique adjicitur. ut:

Fortis bonusq;.³ Et, Fortisq; bonusq;. 3.
Omnia Mercurio similis, vocemq;., coloremq;.⁴ 4.

REGULA III.

* UT Causalis, & quæ similem vim habent, v. g. NE, QVO, QVIN, Conjunctionum asciscunt. ut:

Orare jussit hera, si se ames, ad se ut venias.
Ter. And. 4.
Veritus sum ne idem faceres quod vulgus servorum solet. Ter. And. 3. 4.
Neque id feci, quo tibi molestus essem. Plin.
Non dubium est, quin uxorem nolit filius.
Ter. And. 1. 2.

† Quo loco & illud notandum, si Præsens vel Futurum, Verbum præcedat, Conjunctionum Præsentis temporis esse solere. ut:

Jubeo ut facias. Rogabo eum, ut faciat.
 Sin Præteritum præcesserit, Conjunctionum in Imperfecto poni. ut:

Jubebam, Jussi, Jusseram ut faceres.
 Δ Sed Præsens etiam sequitur ad Præteritum, si res adhuc geri intelligatur. ut:

Orare jussit hera, si se ames, ad se ut venias. Ter.
 Bb Homo

Homo creatus est, ut Deum agnoscat, invocet, & in aeternum celebret.

Interdum & Präteritum sequitur ad Præsens vel Präteritum, si id sensus postulet. ut:

Velim ita fortuna tulisset. Cic. 3. ep. 13.

Ut januam clauderent, & ipsi ad fores assisterent, imperat. Cic.

Deum precor, ut hic dies tibi feliciter illuxerit.

Nemo Lilybei fuit quin viderit. Cic. 7. Verr.

1. Δ Frequens & elegans est Ellipsis particularum UT & NE. ut:

Sine videam. Velim cogites.

Cave dixeris. Cave te tristem esse sentiat.

2. NOTA. † I. Diligenter observent² Pueri, quomodo Autores usi sint particulis UT & QVOD.

3. Nam QVOD³ plerunqve de eventu & re gesta, seu actione dicitur, sive jam præterierit, ut: *Quod convaluisti, gaudeo.*
Sive adhuc duret. ut:

Quod nos invisis, gratum facis.

4. UT⁴ verò de Causa Finali, vel de ratione, cur actio aliqua instituatur, aut instituta sit, aut institui debeat; & plerunqve de re futura⁵ dicitur. ut:

Hortaris, ut diligenter discam.

Quantum accepit, ut taceret?

Esse oportet, ut vivas; non vivere, ut edas.

6. † II. UT NE,⁶ pervenustè etiam ponitur pro NE. ut:

Impetrant, ut ne jurent. Cic. 3. Verr.

Opera datur, ut judicia ne fiant. Cic. 3. ad Q. F.

III. QVO

AN. QVOC.

sempiternum Cor.

Eximere valuisse.

pro commiseret.

Non quò de ma confi.

17. n. e. quod.

Δ IV. QVIN.

quando præcise.

11. 2. Parum vel N.

Facere vel Intermit.

dos. Eximilia. ut.

Non dubium est.

Non dubium, quò.

Profus nihil ab.

Att. 1. 14.

Minimam abs.

Nihil præterit.

Pompeium.

rem. Cic. 2.

Facere non poss.

Att. 11.

Causa nihil dico.

QVIN. pro.

quò tunc, quan.

ant simile. ut.

Nemo est, quin e.

istimes.

Nihil, per asermissi.

berem. Cic.

QVIN. etiam.

ter, ulurpatur. u.

Δ III. QVO Causalis, pro UT vel QVOD, semper cum Coniunctivo ponitur. ut: 7.

Enim venire noluisse, qvò facilius civitatem in officio contineret. Cæs. 5. b. Gall. i. e. ut.

Non qvò de tua constantia dubitem. Cic. 12. ep. 17 i. e. qvòd.

Δ IV. QVIN, pro UT NON, 8 sequitur, quando præcessit, Non est dubium, Non dubito, 9.

Parum vel Nihil abest, Nihil præmitto, Facere vel Intermittere non possum, Causa nihil dico, Et similia. ut:

Non dubium est, qvin uxorem nolit filiq. Ter.

Non dubito, qvin velis & possis.

Prorsus nihil abest, qvin sim miserrimus. Cic. Att. 1. 14.

Minimum absuit, qvin interciperetur. Svet.

Nihil prætermisi quantum facere potui, qvin Pompeium à Caesaris conjunctione avocarem. Cic. 2. Phil.

Facere non possum qvin quotidie mittam. Cic. Att. 12.

Cause nihil dico, qvin ita sit. Cic. pro Quint.

QVIN, pro, Qui, Quæ, Quod non, sequitur ferè, quando præcessit Nemo, Nullus, aut simile. ut: 10.

Nemo est, qvin existimet. Cic. i. e. qui non existimet.

Nihil prætermisi, qvin enucleatè ad te perscriberem. Cic. ad Q. Fr. l. 1. i. e. quod non.

QVIN, etiam pro QVOD NON causali- ter, usurpatur. ut:

Non quin rectum sit, sed quia &c. Cic. Att. pro, quod non rectum sit.

Non quin id utile esse & honestum existimaret. Cic. in Brut. pro, quod id non utile & honestum, &c.

REGULA IV.

△ Post Verba Timendi, ut, *Metuo, Timeo, Vereor*, *Periculum est*, UT significat negativè; NE, affirmativè. ut:

Vereor ne deseras me. Ich fürchte du werdest mich verlassen.

Vereor ut possis hoc prestare. Ich hab' Sorge du werdest dieses nicht thun können.

Periculum est ne fiat. Es ist zubesorgen es werde geschehen.

Quando ergo post talia Verba, ad NE etiam NON additur, tunc verè Negativè significat. ut:

Timeo ne non impetrem. Cic. Att. 9. Ich befürchte ich werde es nicht erlangen.

Metuebat, ne dolorem perferre non posset. Cicer. pro Mil. Er besorgte sich / er würde den Schmerzen nicht ertragen können.

Interdum & tertia Negatio ipsi Verbo additur, & tum omnis metus abesse significatur. ut: *Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio non probem i. e. Non dubito, quin hoc officium meum. P. Servilio sim probaturus.*

Peculiare est, *Tanta pertuli, ut iures quonquam maiora posse.* Ter. Locutio est affirmativa, sed sensus negativus. *Et si quæ sunt similia.*

REGUL.

△ Quando p
incipiant leant
falsi UT, ita ut po
tam affumata, & n
TIUS, MAXIM
similes particulas.
Tantum abest, ut t
te ad abortu
Quando verò
tantum U Ta
Abhorror te; tan
mento.

Commodari tu
ut obscur
NOTA. Qu
ponitur, tunc
Tantum ab
bil Offi
Cic. 1.

bet Indicativu
poris. ut:

Bene facis qu
Non tibi obje
stolasti. C
apparet, qu
ab humore
In sententia
alficitur Conju

REGULA V.

Δ Quando particula TANTUM ABEST, incipiunt sententiam, ferè bis¹ sequitur Causalis UT, ita ut posterius UT² gravius quiddam assumat, & non rarò CONTRA, POTIUS, MAXIME, MINIME, VALDE, & similes particulas asciscat. ut:³

- 1.
- 2.
- 3.

Tantum abest, ut tibi sim impedimento, ut contra te adhorter. Liv.

Quando verò in sententia consequuntur, tantum UT attribetur. ut:

Adhortor te; tantum abest ut sim tibi impedimento.

Commendavi tua scripta semper; tantum abest, ut obscurare aut opprimere ea laborem.

NOTA. Quando vox ABEST cum Casu ponitur, tunc unum tantum UT sequitur. ut:
Tantum abest [id de loquor] ab officio, ut nihil Officio magis possit esse contrarium. Cic. 1. Off.

REGULA VI.

† Quod Causalis in sententia finita habet Indicativum Præsentis aut Præteriti temporis. ut:

Bene facis quod me adjuvas. Cic. 3. Fin.
Non tibi objicio, quod hominem omni argento spoliasti. Cic. 6. Verr.
Apparet, quod aliud à terra sumpsimus, aliud ab humore. Cic. 1. de nat. Deor.

In sententia verò Infinita⁴ seu potentiali, asciscit Coniunctivum. ut:

- 4.

Bb 3 Facile

Facile apparet, quòd me colat. Cic.

Mibi quòd Nasicam defendissem, leviter succensuit. Cic. 2. Att. 1.

Mirari se dicebat, quòd non rideret Aruspex, Aruspicem quum vidisset. Cic. de Div.

NOTA. Δ I. QVOD, in principio sententiæ, pro QVANTUM AD ID QVOD, habet Indicativum. ut:

Quòd ad me sapè scripsisti de nostro amico placando feci & expertus sum omnia. Cicer.

1. Att. 2.

Δ II. QVOD, præcedente NON EST, vel NIHIL EST, habet Coniunctivum, & significat PROPTER QVOD. ut:

Non est pro malis temporum, quòd molestè ferar. Cic. 6. fam. 2.

Nihil est quòd me invites. Cic. in Pis.

In viam quòd te des hoc tempore nihil est. Cic. l. 14. ep.

REGULA VII.

* QVUM, pro QVOD, Daß / habet Indicativum. ut: ¹

Tibi maximas ago gratias, quum tantum me aliter a potuerunt. Cic. l. 13. fam.

REGULA VIII.

* QVUM, pro QVONIAM, Dieweil / habet Coniunctivum Præsens aut Perfecti temporis. ut:

Quum vexent mala fat a bonos, (ignoscite fasso) Sollicitor, nullos esse putare Deos Ovid.

Quum Athenas, tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpis-

torpissimum est
auctoritatem &
Perraro etiam
iunctiva. Quum
rem. Cic. 2. Fam. ep.

RE

* QVIA, QVONIAM
DOQVIDEM, &
rum habent, præ
Quia paululum v
nimis sunt.

Quoniam nemini
And. l. 5.

Quando ego tuam
Ad. 5. 3.

Deos quæso, ut sit
est ingenium

Quatenus nobis
mus aliq

Quarta urbi, quæ
polsi nomi

† Sed QVIA,
Coniunctivum

Recordatione nos
scripsisse videt

Cic. de Am

Nec quæquam est
amet. Cic.

Nemo ipsam Volap
natur. Cic.

RE
† SI, SIN, SIQ

*turpissimum est, dedecorantem & Urbis
auctoritatem & magistri Cic. 3. Off.*

† Perrarò etiam asciscit Imperfectum Con-
iunctivi. *Quum in quo accusabar, culpa vaca-
rem Cic. 2. Fam. ep. 1.*

REGULA IX.

* QVIA, QVONIAM, QVANDO, QVAN-
DO QVIDEM, & QVATENUS, ferè Iudicati-
vum habent, præsertim initio sententiæ, ut:
*Quia paululum vobis accessit pecuniæ, sublata a-
nimi sunt. Ter. Hec. 3. 5.*

*Quoniam nemini obrudi potest, itur ad me. Ter.
And. 1. 5.*

*Quando ego tuum non curo, ne cura meum. Ter.
Ad. 5. 3.*

*Deos quæso, ut sit superstes, quandoquidem ipse
est ingenio bono. Ter. And. 3. 2.*

*Quatenus nobis denegatur diu vivere, relinqva-
mus aliquid quo nos vixisse testemur. Plin.*

*Quarta urbs, quia postrema adificata est, Nea-
polis nominatur. Cic. 6. Verr.*

† Sed QVIA, quum significat EO QVOD,
Coniunctivum habet. ut:

*Recordatione nostræ amicitie sic fruor, ut beatè
vixisse videar, quia cum Scipione vixerim.
Cic. de Am.*

*Nec quisquam est, qui Dolorem, quia Dolor sit,
amet. Cic. 1. de Fin.*

*Nemo ipsam Voluptatem, quia Voluptas sit, aspen-
natur. Cic. ibid.*

REGULA X.

† SI, SIN, SI QVIDEM, NI, NISI, modò Indi-
cativum,

cativum modò Coniunctivum asciscunt, pro-
ut sententia finita seu certa, vel infinita seu
potentialis significatur. ut: ¹

I.

*Si id facis, hodiè me postremùm vides. Ter.
And. 2. 1.*

*Si pranderet olus patienter, Regibus uti nollet
Aristippus. Hor. 1 ep. 17.*

Mirum ni domi est. Ter.

*Ni nosses causam, crederem vera hunc loqui.
Ter. Phor. 1. 5.*

ΔΝΟΤΑ. I. SIN ponitur, ubi SI præ-
cesserit. ut:

*Si mihi veniam quam peto dederit, utar illius
conditione: Sin minus, impetrabo aliquid
à me ipso. Cic. Att. 1. 9.*

aut aliud æquivollens. ut: *Hec primum ut fiant,
Deos quæso, ut vobis decet: sin aliter ani-
mus vester est, &c. Ter. Ad. 3. 4.*

Semper autem Adversativam sententiam
infert.

II. NISI, corrigendi particula, semper
Indicativo jungitur. ut:

*Nemo ferè saltat sobrius, nisi fortè insanit. Cic.
pro Mur.*

III. NISI, in consecutione sæpè ponit-
ur pro Adversativa SED, Græcorum ² imi-
tatione. ut: ³

*De re nihil possum iudicare: nisi illud mihi certè
persvadeo &c. Cic. 13. fam. 7.*

IV. SI, NI, NISI, in priore membro po-
ten-

tionem habent, quæ
potentialis subijcitur.
In aciem credo quæ
Plant. Men.

REG

† Dummodo, &
Dum ne pro, Si mo-
vum leu Potentiale
Quod nunquam,
sarrant. Cic.

Oderint, dum met-
Quidam cupio, dum
riar. Ter. A

Sic de Dummodo
do non, dicitur passi-
Sic summa in iur-
do ne ea vau

REG

* Est, Tamen

initium sententi-
lant. ut:

Est si saus cupio mo-
dit remissum quæ
Tamen si statim viciss-
dece. lam. Cic.

Iha veritas etiam si
grata est. Cic.

Quæquam adei a
cari. Cic. pro

Sed in medio de

tentialem habent, quoties in posteriore⁴ potentialis subicitur. ut :⁵

Si acum credo quæreret; acum invenisses,
Plaut. Men. 1. 2.

REGULA XI.

† *Dummodo, & Dum* (pro *Dummodo*), & *Dum ne* (pro, *Si modo non*), habent Coniunctivum seu Potentialem. ut :

Quod nunquam, dummodo otiosi essent, recusarunt. Cic. Att.

Oderint, dum metuant. Cic. 1. Phil.

Quidvis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar. Ter. And. 5. 3.

Sic & *Dummodo ne*, potius quàm *Dummodo non*, dicitur passim apud Ciceronem. ut :

Sit summa in jure dicendo severitas, dummodo ne ea varietur gratia. Cic. ad Q. Fr.

REGULA XII.

* *Etsi, Tametsi, Etiamsi, Quamquam*, sub initium sententiæ magis Indicativos postulant. ut :

Etsi suus cuique modus est: tamen magis offendit nimium quàm parum. Cic. de perf. Or.

Tametsi statim vicisse debeo: tamen de meo jure decedam. Cic. pro Rosc.

Ista veritas etiamsi jucunda non est: mihi tamen grata est. Cic. 3. Att. 24.

Quamquam abest à culpa: suspicione tamen non caret. Cic. pro Rosc.

Sed in medio & fine sententiæ, tam Indicativos

cativos quàm Coniunctivos recipiunt,
us:

*Præposteros habes tabellarios, etsi me quidem nõ
offendunt, sed tamen &c. Cic. 15. fam.*

*Ubi semel quis peieraverit, ei credi postea, etiamsi
per plures Deos juret, non oportet. Cicer.
pro Rabir.*

*Perspiciebant, in Hortensii sententiam plures itur-
ros, quancquam aperte Volcatio assenti-
rentur. Cic. 1. fam. 2.*

REGULA XIII.

* *Quamvis, Licet, Ut, pro Quamvis, Con-
iunctivum asciscunt. ut:*

*Quamvis non fueris svasor profectiois meæ: ap-
probator certe fuisti. Cic. 16. Att. 7.*

*Tuta frequensq; via est, per amici fallere nomen.
Tuta frequensq; licet sit via, crimen habet.
Ovid.*

*Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. O-
vid. 3. Pont. 4.*

† *Quamvis raro etiam Indicativo jungi-
tur. ut:*¹

*Quamvis est igitur meritis indebita nostris:
Magna tamen spes est in bonitate Dei. Ovid.*

Δ ΝΟΤΑ. I. Concessivis *Etsi, Tametsi,*
Etiamsi, Quancquam, Quamvis, Licet, Ut, quum
in oratione priorem locum tenent, reddi so-
let *Tamen, vel Attamen.* ut: *Etsi suus cuique
modus est: tamen magis offendit nimium quam
parum. Cic. de perf. Or.*

Sed quando posteriorem locum occupant,
sine

lae Redditi va po

amfi per plar

pi C. Rabir.

II. *Quamvis*

Nomen Adiectiv

Quamvis mibi

min a i m pr

Post hac ille catus

l. 2. ep. 2.

Et Adverbium

modi reb

audacter q

RE

† *Quamvis* pro

vo. quoniam in a

MEN et relpon

Cato & Cam

scripta. Cic. 1.

Sic & Ger

dicitur Latine

Coniunctivo.

min optime scia

* *QUAM*

Comparativis

habentibus. ut

Plus oportet serm

Mea mibi conf

sermo. Cic

Malo esse quæ

Præstati bene illi

sine Redditiva ponuntur. *ut: Ei credi postea etiamsi per plures Deos juret, non oportet. Cic. pro C. Rabir.*

II. *Quamvis, Quantumvis, & Licet*, etiam Nomen Adjectivum adjungunt. *ut:*

Quasi verò mihi difficile sit, quamvis multos nominatum proferre. Cic. pro Rosc. Am.

Post hæc ille catus, quantumvis rusticus, ibit. Hor. l. 2. ep. 2.

Et Adverbium. *ut: Quidvis facere in eiusmodi rebus, quamvis callide, quamvis audacter, quamvis impudenter. Cic. 4. Ver.*

REGULA XIV.

† *Quum, pro Etsi*, ponitur cum Coniunctivo, quoties in altero sententiæ membro, TAMEN ei respondet. *ut: Cui [sententiæ] quum Cato & Caninius intercessissent, tamen est scripta. Cic. 1. fam. 2.*

Sic & Germanicæ particulae, *do doch*, redduntur Latine per QVUM TAMEN, sequente Coniunctivo. *ut: Dissimulat se scire, quum tamen optime sciat.*

REGULA XV.

* *QVAM* Electiva, plerumque additur Comparativis, & Verbis vim comparativam habentibus. *ut:*

Plus oportet servum scire quam loqui. Pl. Mil. 2. 5.

Mea mihi conscientia pluris est quam omnium sermo. Cic. 10. Att. 27.

Malo emere quam rogare. Cic. 4. Verr.

Præstat honestè mori, quam inhonestè vivere.

REGU-

REGULA XVI.

† Electivæ particulæ sæpè subjiciuntur,
Nominibus & Adverbiis, quæ similitudinem
aut¹ diversitatem significant. ut :²

Aliud mihi respondes ac rogo.

Haud secus ac iusti faciunt. Virg. 3. Æn.

Δ Legitur etiam, *Pro eo ac. Vel, Pro eo at-*
que. ut :

Pro eo ac debui, graviter molesteq, tuli. Cic. 4.
fam. 5. i. e. ita ut debui.

Δ NOTA. *Similis, & Similiter*, non recipi-
unt *Quàm*. Sed *Ac, Atque, Ut.*

REGULA XVII.

* Electivæ particulæ ut plurimum Indica-
tivos asciscunt, rarò Coniunctivos. ut :

Aliud mihi respondes ac rogo.

Aliud honestum iudicas, quam Philosophi sta-
tuant.

REGULA XIX.

* *Quippe, pro Nam, & Ironicè* positum, In-
dicativum habet. ut :

Movet me quippe lumen curiæ. Cic. pro Mil.

Quippe vector fatis. Virg. 1. Æn.

REGULA XIX.

† *Utpote, & Quippe pro Utpote*, Seqvente
Qui, (als der) habent Indicativum vel Con-
iunctivum : seqvente *Quum*, (als weil) Con-
iunctivum tantùm. ut :

Iudicia nos, utpote qui nihil contemnere solemus,
non pertimescebamus. Cic. 2. Att. 24.

Cappa-

Capris cultu au

est, quippe

cura Ruffic

Civisiam fra

oppidum qu

pro Rofc. A

Ad hanc facien

quum ea fr

ritatis. C

Δ NOTA. Q

absolute sine V

Sol Demerico

erudito. Cic

Claudus est al

R

† Ut pro Pro

seqvente Qu

Dices enim

Deinde qu

in Sole, &

lus didice

est. Qu

RE

Δ Ergo & In

nibus competu

gioribus. ut :

Ergo precam

Non igitur pro

Quare sic cum

Capparis cultu aut nullo aut levissimo contenta est, quippe quæ res etiam in desertis agris citra Rustici operam convalescit. Col. 11. 13.

Convivia cum fratre non inibat, utpote qui ne in oppidum quidem, nisi per aræ veniret. Cic. pro Rosc. Am.

Ad fidem faciendam justitia plus pollet, quippe quum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis. Cic. 2. Off.

ΔNOTA. Quippe & Utpote, nonnunquam absolute sine Verbo leguntur. ut:

Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito. Cic. 1. de Fin.

Clandus est altero crure, utpote curto.

REGULA XX.

† UT pro Prout, Indicativum: pro: Utpote, sequente QUI, Coniunctivum asciscit. ut: 1.

Dices enim, ut es homo facetus. Cic. in Pis.

Deinde quum proferenda sunt studia, caligat in Sole, & omnia nova offendit, ut qui solus didicerit, quod inter multos faciendum est. Quint. 1. 2.

REGULA XXI.

Δ Ergo & Igitur, brevioribus Conclusionibus competunt: Quare & Quamobrem longioribus. ut:

Ergo precium ob stultitiam fero. Ter. And. 3. 5.

Non igitur provocatio isti a lege datur. Cic. v. Ph.

Quare sic cum tibi commēdo, ut unum de meis domesti-

domesticis, & maximè necessariis. Cic. 13. fam.

Quamobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, utar ea clausula quæ soleo, teq; ad studium summae laudis cohortabor. Cic. 2. fam. 4.

NOTA. Ergo & Igitur, initio orationis interdum significant ingressum vel continuationem materiae. ut:

Quid ergo est? Cic. pro Quint.

Quid igitur sibi vult pater? cur simulat? Ter. And. 2. 2.

Quid igitur faciam? non eam? Ter. Eun. 1. 1.
Haec genus Syntaxis Conjunctionum.

CAPUT XXVI.

SYNTAXIS INTERIECTIONUM.

REGULA I.

* Multae Interiectiones sine casibus inferuntur orationi. ut:

Eheu, quam pingvi macer est mihi taurus in arvo. Virg. 3. Ecl.

Hui, totiesne me literas dedisse Romam, quum ad te nullas darem. Cic. 5. Att.

REGULA II.

1. * HEI & VÆ, Dativum¹ asciscunt. ut:

Hei mihi qualis erat. Virg. 2. Æn.

Væ capiti tuo. Plaut. Amph.

REGULA III.

2. * Prob, Ab, & Vab, regunt Accusativum vel Vocativum.² ut:

Prob

Prob Deum atq;

And. 1. 5.

Prob sancte Iupit.

Ab me miserum.

Ab Virgo infelix.

Vab mansuetia.

Vab homo impud.

REG

* Hem & Heu, D

Vocativum³ asciscunt.

Hem misero mihi.

3. 4.

Hem Pamphile.

lox meum deſ.

Heu misero mihi.

pen inſam.

prisca ſides.

RE

* Heu & Obe

Heu Syre. Ter.

Obe iam factus est.

REG

* O Exclamatio

nativum, Accusativum

Ovar fortis atque

O ingentem conſ.

O Dore utane conſ.

† Interdum O or

affectus ut: Me cœca

Cic. 10. Att.

INTERIECTIONUM. 399

Prob Deum atque hominum fidem. Ter.

And. 1. 5.

Prob sancte Iupiter, quid video? Plant.

Ab me miserum.

Ab Virgo infelix. Virg. 6. Ecl.

Vab inconstantiam. Vab mea Antiphila.

Vab homo impudens.

REGULA IV.

* *Hem & Heu, Dativum, Accusativum vel Vocativum³ aliscunt. ut:*

Hem misero mihi. Hem astutias. Ter. And.

3. 4.

Hem Pamphile. Ter. And. 4. 2. Hem mea lux meum desiderium. Cic. 14. fam. 2.

Heu misero mihi. Plaut. Merc. Heu stirpem invisam. 7. Æn. Heu pietas, heu prisca fides. Virg. 6. Æn.

REGULA V.

* *Heus & Ohe, Vocativum regunt. ut:*

Heus Syre. Ter.

Ohe iam satis est, ohe libelle. Mart. 4. ep. 46.

REGULA VI.

* *O Exclamandi particula, ⁴ regit Nominativum, Accusativum, & Vocativum. ut:*

O vir fortis atque amicus. Ter. Phor. 2. 2.

O ingentem confidentiam. Ter. And. 5. 3.

O Dave utane contemnor abs te? Ter. And. 3. 2.

† *Interdum O omittitur, quando levior est affectus. ut: Me cœcum, qui hæc ante non viderim.*

Cic. 10. Att.

REG.

REGULA VII.

* O Vocandi, Compellandi, aut Blandiendi, Vocativum asciscit. ut :

O Deus, ades mihi propitius.

O Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit.

O Melibæe, Deus nobis hæc otia fecit.

† Sæpius tamen O Vocandi omittitur. ut :
Musa mihi causas memora. Virg. 1. Æn.

Credo vos mirari, Judices, Cic.

Hæc etiam de Interjectionum Syntaxi.

CAPUT XXVII.

DE ORDINE CONSTRUCTIONIS.

† Quotuplex est Ordo dictionum ?

Duplex : Oratorius sive Artificialis, & Grammaticus seu Naturalis.

† Quid est Ordo Oratorius seu Artificialis ?

Est qui ab arte proficiscitur ; & diligentium Veterum Scriptorum probatorum lectione, tum imitatione addiscendus est.

† Quid est ordo Grammaticus seu Naturalis ?

Est qui à natura ipsa proficiscitur ; & ex præceptis seu Regulis certis est cognoscendus.

† Quando utimur Ordine Oratorio ?

In communi usu loquendi & scribendi.

† Quando utimur ordine Grammatico ?

In

Decem. I. Initio
citandi, si ad hunc.
candi, Optandi, De
multitudine, item
Dicitur, Quando,
Nones item Can
pluribus ; & Interj

II. Si Excitatio
Vocativus orditur
Istem absolute pon

III. Sive adit.

Nominativus jam

Nominativi funt

IV. Post

bum personale

minativus sequit

V. Si occur

choanda est con

minativus

VI. Sæpè plur

nem, aut alias Reg

VII. Substan

mittitur, nisi vis

diverium postuler

aliud Substantiv

malex est motus eaur

quibus tractat aut us

In Scriptorum expositionibus, ut verborum sententias expeditiùs assequamur.

† *Quot traduntur Regule de Ordine Grammatico?*

Decem. I. Initio sumuntur particulae Excitandi, si adsunt. *h. e. Adverbia Hortandi, Vocandi, Optandi, Demonstrandi, Prohibendi, Similitudinis, Item habentia vim Relativam, ut Donec, Quando, Quum, Dum, &c. Conjunctiones item Causales, Ratiocinativæ, Completivæ; & Interjectiones omnes.*

II. Si Excitandi particulae non adsunt, Vocativus orditur constructionem, si adest. *Is enim absolute ponitur.*

III. Sive adsit, sive non adsit Vocativus, Nominativus jam quærendus, aut quod vice Nominativi fungitur.

IV. Post Nominativum sequitur Verbum personale finitum; inde Adverbia, Nominativus sequens, aut Obliqui.

V. Si occurrunt Impersonalia, ab ipsis inchoanda est constructio, nec quærendus Nominativus.

VI. Sæpè plura Nomina per Appositionem, aut alias Regulas coherent.

VII. Substantivum Adjectivo suo præmittitur, nisi vis Adverbii Adjectivo juncti diversum postulet; aut Substantivum regat aliud Substantivum. *ut: Eheu, quam pingvi macer est mihi taurus in arvo. Ordo est: Eheu quam macer taurus [non taurus quam macer]*

Cc est

est mihi in arvo pingvi. Sic: Tant'ane vos tenuit generis fiducia vestri? Ordo est: Tant'ane fiducia generis vestri tenuit vos? [non, Fiduciane tanta generis.]

VIII. Obliqui & Infinitivi, & quicquid regitur, sequitur dictionem regentem.

IX. Particulæ Interrogativæ etiam præcedunt. ut: Cui dono libellum hunc? Non, Dono cui libellum hunc? Vel, Dono libellum hunc cui? Sic: Cuius puerum adduxisti? Cuius est liber? Non, Adduxisti puerum cuius? Liber est cuius?

X. Completur in Constructione, sicubi in textu aliquid dissimulatum est; & δὲ τοῦ ἀορίστου repetitur, quod plura, & diversa, & loco disjuncta regit.

□ Da exempla.

Hor. 1. od. 3. Sic te Diva potens Cypri,
Sic fratres Helena, lucida sidera,
Ventorumq; regat pater,
Obstrictis aliis præter Iapyga,
Navis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium sinibus Atticis.

Ordo est: [ô] Navis, quæ debes Virgilium creditum tibi, sinibus Atticis, Sic Diva potens Cypri regat te: Sic fratres Helena, sidera lucida [regant te]: Paterq; ventorum [regat te], aliis [Ventis] obstrictis, præter Iapyga.

Sic:

Hor. 1. od. 12. Quem virum, aut herosa, hyra
vel acri

Tibia

CONSTR

Tibia sumis
Quem Deum

Ordo est: [ô] Cl
sumis celebrare hyra
[sumis celebrare?]
recomer?

Hor. 1. od. 15. Pastor
vibus

Idem Helene

Ingrato celestis

Ventos, ut ca

Nereus fata.

Ordo est: Quæ
Helene am hospitam p
Nereus obvium Ven
neret fata fera.

FINIS

PRO

CA

QVID PROS

eius objecta

Quæ

Præfata est pars
barum affectiones d

CONSTRUCTIONIS.

Tibia sumis celebrare Clio?
Quem Deum? cuius recinet jocosa
Nomen imago?

Ordo est: [ô] Clio, quem virum aut heroa
sumis celebrare lyrâ vel tibiâ acri? quem Deum
[sumis celebrare?] cuius nomen imago jocosa
recinet?

Sic:

Hor. 1. od. 15. Pastor quum traheret per freta na-
vibus

Ideis Helenen perfidus hospitam,
Ingrato celeres obruit otio
Ventos, ut caneret fera

Nereus fata.

Ordo est: Quum Pastor perfidus traheret
Helenam hospitam per freta navibus Ideis; [tunc]
Nereus obruit Ventos celeres otio ingrato, ut ca-
neret fata fera.

FINIS SYNTAXEOS.

PROSODIA.

CAPUT I.

QVID PROSODIA, ET QUÆ
eius objecta, deq; eorum uno,
Quantitate.

† Quid est Prosodia? 1

Prosodia est pars Grammaticæ, quæ Sylla-
barum affectiones docet.

Cc 2

Quot

* *Quot sunt affectiones Syllabarum, quæ in Prosodia considerantur?*

**Duæ: Quantitas sive Tempus:
& Tonus sive Accentus,**

* *Quid est Quantitas sive Tempus?*

Est affectio, quæ syllaba alia Longa, alia Brevis, alia Communis habetur.

* *Quot sunt Species Quantitatis seu Temporis?*

2. Per se & actu duæ: Tempus Longum & Breve: per Accidens & potentia² annumerantur Commune.

* *Quid est Tempus Longum?*

Est productio syllabæ in Versu. Eius nota est character Lineolæ rectæ. — † Est quæ duplicem Brevis.

* *Quid est Tempus Breve?*

Est correptio syllabæ in Versu. Eius nota est character lineolæ deorsum incurvatæ. v † Est quæ dimidium Longi.

□ Ideo sæpè per duo Tempora intelligitur una Longa: per unum Tempus, una Brevis.

* *Quid est Tempus Commune?*

Est unius eiusdemque syllabæ sive productio sive correptio in Versu, prout usus postulat.

* *Syllabæ ratione Temporis quotuplices sunt?*

3. Etiam per se duplices: vel Longæ, vel Breves: quibus per accidens³ annumerantur Communes.

* *Quid*

* *Quid*

Quæ habet Tempus

* *Quid*

Quæ habet Tempus

* *Quid est*

Quæ utrumvis

sus postulat.

Dicitur etiam

* *Quæ utrumvis*

Duplex: vel N

one seu hęc.

* *Quid est Tem*

Quod nullo

rationem habito

Deus, Homo: Tu

* *Quid est Te*

Quod vel Na

am produci;

corripit potest

Præcor:

* *Hic A in Paris,*

Positionem P

Præcor, natura

calem sequent

Commune.

* *Quæ mod*

Duobus: vel A

* *Quid*

Autoritas est

monium, ex p

sum. ut:

* Quid est Syllaba Longa?

Quæ habet Tempus Longum.

* Quid est Syllaba Brevis?

Quæ habet Tempus Breve.

* Quid est Syllaba Communis?

Quæ utrumvis Tempus admittit, prout usus postulat.

Dicitur etiam Indifferens & Anceps.

* Quid duplex est Tempus unumquodvis?

Duplex: vel Natura² seu *Quod*: vel Positione seu *hæc*.

* Quid est Tempus Natura Longum, Breve, aut Commune?

Quod nullo respectu, præsertim Consonantium habito, tale est. ut, *æq̄vor*, *clāmo*: *Dēus*, *Hōmō*: *Tibi*, *Dicō*.

* Quid est Tempus Positione Longum aut Breve?

Quod vel Natura breve, ex alia causa etiam produci; vel Natura longum, etiam, corripitur potest. ut: *Pāter*, *Pātris*, *Præ*, *Præ eo*:

† Hic A in Patris, natura breve est, & tamen propter Positionem Productionis, produci potest. æ in Præo, natura longum est, & tamen propter Vocalem sequentem etiam corripitur potest; & ita sit Commune.

* Quot modis cognoscitur Tempus Syllabæ?

Duobus: vel Autoritate, vel Regulis.

* Quid vocas Autoritatem?

Autoritas est simile exemplum sive testimonium, ex probato aliquo Autore adductum. ut:

Prima in *oculus*, corripitur Autoritate, v. g. *Ovidii*: *Asspiciunt oculis superi mortalia iustis*.

† Quando utimur Autoritate?

Quando vel Regulæ deficiunt, vel ignorantur.

† Regule quotuplices sunt?

Triplices: Generales, quæ ad syllabas quas cunque pertinent: Speciales, quæ ad initiales & medias quasvis: & Specialissimæ, quæ ad ultimas tantum.

† Quas Syllabas vocas Medias?

Quæ inter primam & ultimam interjacent. ut: *Religio*, primam habet *RE*, ultimam *O*, quæ in hoc exemplo est *Pura*. Media ergo sunt *LI* & *GI*.

† Quid vocas Syllabam Puram?

Quæ immediate ante se habet Vocaletem vel Diphthongum. ut, *Ultima* in *Eubæa*, *Historia*, *Pius*, *Obe*: *Media* in *Pictas*, *Eacus*, *Prohibet*.

NOTA. In Versu & Quantitatibus Syllabarum, H vim consonantis amittit.

† Dictiones Monosyllaba quæ referuntur?

Monosyllaba dictiones pro ultimis censentur.

CAPUT II.

REGULÆ GENERALES

De Quantitatibus Syllabarum cuiuscunque loci.

REGU-

* Diphthongus

ut: *Cæsar*, *Quæna*, *Ætherum*, *Eurus*.

† Sic etiam I &

u oriantur. ut: *N*

diur, *ex*, *videtur*.

Chorea, *Plataea*, *ex*

† Poetæ tamen

gram abijciunt

prope, *prope*, *prope*

& *Chorea*, *Plataea*

Δ Nonnunquam

mutantur, ut ita *E* a

Cyberia, *Elegia*

legia, *ele*, *pro*

duer, *pro*, *pro*

REGULA I.

* Diphthongus omnis, Natura longa est. ut: *Cæsar, Cæna, Ai-ax, Ei-a, Troi-a, Hui-, Aurum, Eurus.*

† Sic etiam I & E, si ex Græca Diphthongo *ei* oriuntur. ut: *Nilus, idolum, Musæum, Spondæus: ex veîλϞ, εἰδωλον, μεσείου, σπονδείϞ. Chorēa, Platēa, ex χερεία, πλατεια.*

† Poetæ tamen ex diphthongo *ei*, nonnunquam abjiciunt *i*, ut maneat *e* brevè. ¹ ut: *ex χερεία, πλατεια, fit Chorēa, Platēa, productè; & Chorēa, Platēa, ² correptè.*

Δ Nonnunquam retento *i*, *e* Ionicè in *η* mutant, ut ita *E* ante *I* producat. ut: *Cyberēia, Elegēia, ex Κυθέρεια, Κυθέρεια: ἐλεγεια, ἐλεγεια. ut & ειϞ in ηίϞ. ut ΚαδμειϞ, ΚαδμηίϞ: inde Cadmeius τετρασυλλαβος.*

REGULA II.

* Contractio ¹ quævis natura longa est. ut: *Dī, pro Dii; Mālo, pro Mavolo, Tibicen, pro Tibiicen; Genit: Alius; pro Alius; Cogo, pro Coago; Deūm, ² pro Dearum; Bige, pro Bijuge; Quadrigē, pro Quadrijuge; Diana, pro Dealana, ³ Venatū, pro Venatui. Sic it, ⁴ pro ije vel ivit.*

REGULA III.

* Vocalis ante Vocalem, natura brevis est. ut: *Italia, Pius, Rēus, Rūere, Bōare, Hyēms, Mīhi, Prōbibeo, ābenum.*

Cc 4

Qua

* Quæ excipiuntur ?

1. * I. Fio habet I longum, nisi assumat R. ¹
ut: *Fio, Fiebam, Fiam. At Fierem, Fievi.*
- * II. Genitivi & Dativi quintæ Declinationis, E ante I producunt. ut: *Speciei, Faciei. Diei.* Præter ² *Régi, Spéi, Fidéi.*
2. * III. Genitivi in IUS, habent I longum in soluta oratione: in Carmine verò, Comune. ut:
Unius ob iram prodimur. Virg. 1. Æn.
Unius ob noxam & furias Atiacis Oilei. Virg. ibid.
3. Præter Alius, ³ quod semper I ante US producit.
4. Et Alterius ⁴ quod I corripit.
† IV. Genitivi antiqui in AI, producunt A ante I. ut: *Aulæi in medio libabant pocula Bacchi. Virg. 3. Æn. pro Aule.*
† V. Cæi, Pompæi, Vultæi, & similes Vocativi, Vocalem ante I producunt, sicut & eorum Nominativi, quando divisus Syllabis usurpantur. ut:
Quod peto, da Cæi, non peto consilium. Martialis. l. 4.
Accipe Pompæi deductum carmen ab illo. Ov. 4. Pont. 1.
Pervigil in plumis Cæius ecce jacet. Martialis. l. 9.
† VI. Eheu & Heu dissyllabum, priorem producunt. ut:
Eheu quam pingvi macer est mihi taurus in arvo. Virg. 3. Ecl.

Hēu

Esopam bene m...

ut.

Ob autem pr...

ut:

O ut, iam satis est

Satur est, quum

sat. 7.

† VII. O E

Vocalem modò

Ovid. 3. Fast.

O utinam me

iffer.

Te Corydon o

lupat. 1. E

Sed Heu semper

Heu ubi patia

† VIII. G

nent. Sic pro

Priamæus, M

Sed E ou priem

autem penultia

† IX. Gra

obliquis corrip

ro O in obliqu

unt. ut: Amyth

rona, Keoniar,

Niridamq, Orion

† X. Patron

Nominibus in

Thesides, Thes

*Heu quàm bene nunc Papyriane. Mart. 8. ep.
ult.*

*Ō be autem priorem habet Communem.
ut:*

Ō be, jam satis est, ō be libelle. Mart. 4. 91.

*Satur est, quum dicit Horatius, Ō be. Iuven.
sat. 7.*

† VII. O Exclamandi particula, ante
Vocalem modò longa, modò brevis est, ut:
Ovid. 3. Fast.

*Ō utinam mea fors, quò primùm cæperat,
iffet.*

*Te Corydon ò Alexi: trahit sua quemque vo-
luptas. 2. Ecl.*

Sed *Heu* semper producitur. ut:

Heu ubi pæciæ fides? Ovid. 3. Fast.

△ VIII. Græca suam quantitatem reti-
nent. Sic producantur, *æer*, *dius*, *io propr*: 5.
Priamēius, *Musēum*, *Nicolāus*, *Trōius*, *Éos*.
Sed *Éous* primam communem habet. *Nicolēos*
autem penultimam corripit.

△ IX. Græca in AON & ION, si O in
obliquis corripunt, A & I producunt: si ve-
rò O in obliquis producunt, A & I corripunt. ut: *Amythāon*, *āōnis*: Sic *Ion*, *īōnis* &
īōnis. *Κρονίων*, *Κρονίωνος*, *Ἰον*, *Ἰονίου*, *Ἰωνίου*, *Ἰωνίου*.
Nitidumg, *Orīōnis* *ensem*. *Ovid. 3. Met.* 6.

△ X. Patronymica in EIDES & EIS, à
Nominibus in EUS, E anceps ⁷ habent. ut: 7.
Thesēides, *Thesēis*, *Nerēis*, *Ænēis*.

REGULA IV.

* Positione producitur Vocalis, quam sequuntur duæ pluresve Consonantes, aut una Duplex;

† Sive in eadem syllaba. ut: *est, ex eo, postea.*

Sive in distinctis. ut: *estis, axis, Gaza.*

Sive in duabus proximis; & vel in una eademq; dictione; ut: *arma, velle.*

1. vel in diversis. ¹ ut: *Extulerat matris Ledæ mirabile donum. Virg. 1. Æn.*

2. * Excipiuntur ab hac Positione, V consonans cum Q² præcedente, quæ Vocalem ante se brevem relinquunt, ut: *æquus, æqua, cœquus, siliqua.*

† Interdum Positio & Natura concurrunt. ut *auster, oëstrus, sôstratus, festus, simulacrum.*

REGULA V.

* Positione Communes sunt,

1. * I. Diphthongi ante Vocalem vel Diphthongum, sive in medio ¹ sive in fine dictionis. ut: *Quum vacuus domino præiret Arion. Stat. 6 Theb.*

Ver præ it æstatem. Autor Ætnæ, qui putatur Cornel. Severus.

Stipitibus duris agitur sudibusq; præustis. Virg. 7. Æn.

— aut *purpureæ Auroræ. Ov. 3. Met.*

Insulæ Ionio in magno. Virg. 3. Æn.

Glanco & Panopææ, & Inoa Melicerta, Virg. 1. Georg.

Sic Diana, quasi Deiana.

Inter-

Interdum & incorripit potest

Credimus, an quæ

gunt. Virg. Pelloraterarum

Lucr. l. 5. Hac propter letum

Cic. Arat. Sub illis alto.

Ter sunt conatus. 1. Geor.

* II. Quando eadem syllabam brevem sequuntur

cyclus, colicris, Sed in soluta oratione

Δ III. Quando te liquidam etiam

Canare creditur

† IV. Quando rium, brevis aliter

tur. ut: Arabus. Propitius, Matrona, Apicula, &

Δ V. Quando callem sequitur. Sicut

col. 2. 2. corripitur

Δ VI. Quando fura produci potest

Aratus in nube

Et. Ovid. Optantem artem

Virg. 5. Æn.

† Interdum & in fine, Vocalis aliàs longa ita corripitur, sine elisione. ut:

Credimus, an quæ amant, ipsi sibi somnia fingunt. Virg. 8. Ecl.

Pecora terrarum quæ in orbe sancta tuctur. Lucr. l. 5.

Hæc propter latum genii omnis parte locatur. Cic. Arat.

Sub Iliò alto. Virg. 5. Æn.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. Virg. 1. Geor.

* II. Quando Muta² & Liquida³ ad eandem⁴ syllabam pertinentes, Vocalem aliqui brevem⁵ sequuntur. ut: *Pátris, à Páter: átlas, cy enus, vólucris, tenébra, cõchlea.*

Sed in soluta oratione talia perpetuò corripuntur.

Δ III. Quando vocalis natura brevis, ante Liquidam etiam produci potest. ut, *mēlos.*⁶ *Cantare credas Pegaseium mēlos. Pers. Scæz.*

† IV. Quando in concursu brevium⁷ plurium, brevis aliqua pro usû Dactyli produci-
tur. ut: *árabijs, italiã, Priãmides, Mēlanion, Prõpitius, 8 Macēdonius, Ovícula, Fidícula, Cucitícula, Apícula, & similia.*

Δ V. Quando Consonans geminata⁹ Vocalem sequitur. Sic *Philippus* apud *Plaut. Bacchid. 2. 2. corripitur.*

Δ VI. Quando ultima syllaba brevis, Cæsurã¹⁰ produci potest. ut:
Arduus in nubes abiit, & in æquore summo,
&c. Ovid. 4. Met.

Ostentans artem pariter arcumq; sonantem.
Virg. 5. Æn.

Ille

Ille latus niveum molli fultus hyacintho. Virg.
6. Ecl.

Sed de Cæsura suo loco.

Δ VII. Quando Monosyllaba brevia,
eodem inchoantia, producuntur. ut:

et animam & mentem, cum qua Dii nosse la-
quuntur. Juv. sat. 6. Ubi tamen aliqui le-
gunt, En animam.

Liminaque Laurusque Dei. Virg. 3. Æn.

De grege nunc tibi vir, & de grege natus ha-
bendus. 1. Met.

- Δ VIII. Quando brevis inter duas lon-
gas¹¹ posita producitur. ut: Rapidus comes or-
tionis. Horat: quum alias RI brevis sit,
si in flexione Obliquorum O longum sequa-
tur.¹² Sic Belides, Amphiarāides, Licurgides,
proides. Sic Destinata, pro Destinata. Juv. sat. 4. Et domini gladiis jam destinata. Sed olim &c. Sic Imbecillis apud Horat. pro Imbecillis, quod Prudentius in Jambico retinere potuit.

13.

14.

Quæ verò Natura Communes sunt, sparim ex
Regulis Specialibus 13 cognoscuntur, & ex parte
etiam Autoritate. 14

CAPUT III.

REGULÆ SPECIALES

De Quantitatibus Syllabarum
in initio vel medio.

REGULA I.

*Deri-

Derivata retin-

si Themat. ut:

Diminus, Dō-

fōcus, fōcosus

Fāces, Suffō-

Cādo, Cōcidi.

* I. Præterit-

longas, quantac-

themat. ut:

Lino, Lippi;

Cādo, Cādi.

Præterit. Dōdi, Cā-

1. Quæ du-

Rōi, Plū-

3. Per Syn-

in, propositi.

* II. Supra-

longas, ut:

Cādo, Cā-

Lādo, Lāj-

Sio, Strā-

Præterit. Dārum,

Litārum, Cā-

† Et antiqui-

Cāus.

* III. Quæ-

unt à longis, † pr-

In, Pōiui, Cōgi.

* Derivata retinent quantitatem Primitivi seu Thematis. ut:

Dōminus, Dōminium. Dōminor.

Fōcus, Fōcosus, Fōcor, Fōcularius.

Fāuces, Suffoco, Praefoco.

Cādo, Cecīdi. Cādo, Cecīdi. Pēdo, Pēpēdi.

Exceptio.

* I. Præterita disyllaba habent priores longas, quantacunque fuerit eadem syllaba thematis. ut:

Līnguo, Līngvi; Fācio, Fēci.

Cūdo, Cūdi. Vīdeo, Vīdi.

Præter I. *Dēdi, Tūli, Sīcti, Stīti, Bībi, Scīdi, Fīdi.* 1.

2. Quæ duabus Vocalibus finiunt. ut, *Rūi, Plūi, Lūi; iuxta Reg. 3. gen.* 2.

3. Per Syncopen facta. ut: *ū, pro ūi; petīi, pro petūi.*

* II. Supina disyllaba habent priores longas. ut:

Cūdo, Cūsum. Lūo, Lūtum.

Lūdo, Lūsum, Vīdeo, Vīsum.

Sto, Stātum.³ Crēscō, Crētum. 3.

Præter, *Dātum, Stātum, Rātum, ūtum, Sītum, Lītum, Cītum, Rūtum, Quītum.*

† Et antiquum *Cātum, pro Cautum. Inde Cātus.*

* III. Quatuor hæc Præterita quæ veniunt à longis, primam corripunt, *Gēnui, Pōsui, Pōtui, Cōēgi.* 4.

IV. Con-

<i>Amo</i>	<i>Amāvi</i>	<i>Amātum.</i>
<i>Quiesco</i>	<i>Quievi</i>	<i>Quietum.</i>
<i>Quæro</i>	<i>Quæsi</i>	<i>Quæsitum.</i>
<i>Ignosco</i>	<i>Ignovi</i>	<i>Ignotum.</i>
<i>Solvo</i>	<i>Solvi</i>	<i>Solutum.</i>
<i>Divido</i>	<i>Divisi</i>	<i>Divisum.</i>

Sic ab *Obliviscor*, *Oblitus* : à *Gaudeo*, *Gavisus*.

At *Supina* in *ITUM*, quæ non ab *IVI* veniunt, penultimas corripiunt. ut :

<i>Fugio</i>	<i>Fugi</i>	<i>Fugitum.</i>
<i>Credo</i>	<i>Credidi</i>	<i>Creditum.</i>
<i>Noceo</i>	<i>Nocui</i>	<i>Nocitum.</i>
<i>Sic Agnosco</i>	<i>Agnovi</i>	<i>Agnitum.</i>
<i>Cognosco</i>	<i>Cognovi</i>	<i>Cognitum.</i>
<i>Præter Recenseo</i>	<i>Recensui</i>	<i>Recensitum.</i>

[Sed de hoc vide in 2. Conjug.]

REGULA III.

* Præteriti geminati trisyllabi prima brevis est unâ cum media sequente. ut, *Didici*, *Tūtidī*, *Cēcidi* à *Cādo*.

Excipiuntur penultimæ in *Pēpēdi*, à *Pēdo*
Cēcīdi, à *Cēdo*.

† Et quas duæ Consonantes sequuntur. ut :
Fēfelli, *Mēmōrdi*, *Pēpērci*, *Spōpōndi*, *Pēpendi*,
Tōtōndi, *Cūcūrri*, *Pōpōsci*, *Tētēndi*.

Præteriti brevis est geminati Syllaba prima.

REGULA IV.

* Composita retinent quantitatem Simplicium, nisi aliqua Generalium Regularum obstet. ut :

Dēcīdo,

Dēcido, ex *Dē* & *Cādo*.

Prācido, ex *Prā* & *Cādo*.

Suffōco, ex *Sub* & *Fāuces*

Prāeo, ex *Prā* & *eo*.

Quāre, ex *quā* & *rē*.

† Consideranda autem est utraqve pars Compositionis. Et posterior quidem penultimam corripit à Simplicibus longis orta, in *Deicero*, *Peicero*, à *Iuro*, [*Dicitur* & *Periuro*]

Perfidus, *Perfidia*, à *Fido*. [nisi malis à *Fides*]

Pronubus, *Innubus*, à *Nubo*.

Maledicus, *Causidicus*, *Veridicus*, *Fatidicus*, à *Dico*.

Nililum, ab *Hilum*. *Agnitum*, *Cognitum*, à *Notum*.

Sic & *Semisopitus*, antepenultimam corripit, à *longo Sōpio*, *Insopitus*.

Sed *Connubium*, à *Nubo*, secundam habet communem. *Innubus*, *Pronubus*, penultimam brevem.

Contrā, penultimam producunt à Simplicibus brevi orta, *Ambitum Supinum*, & *Ambius Participium*, ex *itum*. Sed Nomen *Ambius* & *Ambatio*, iante *T* corripunt.

† De priore Compositionis parte hæc sunt notanda. † I. Si prior Compositionis pars desinit in *A*, producitur illud *A*. ut: *quāre*, *quāpropter*, *trāno*, *trādo*, *quācunqve*, *nequāquam*, *quātenus*, *averto*, *contrādico*. Excipe

I.

Quāsi.

Si prior

II. Si prior C

ire, I, U, vel Y

Vocalis corripit

Cavideus, *Fatid**Bijugus*, *M**Foscu*, *Nes**Gradupes*, *Grati**Dialex*.*Polydorus*, *Eut*

I. E producunt

cu. *Rifert*, *Inper*fita. ut. *Neguan*,opam. *Negucop**Præter Nego*, *N**su*, *Nefandus*, *N*funt, quā ex *N*2. *Compo*secundæ *Conju**Commune* habet*duraq*, *cornibus*vid. 7. *Met*.*Et*—*Liquifacit*9. *En*.*Sic* *Tepefacio*, *Cal*

3. I mobile

Quicunqve, *Ca**pitbugo*, *Jatrique*cuoque. Sed *limi*quam, *Ultiqve*.

I producunt et

II. Si prior Compositionis pars definit in E, I, ² U, vel Y, extra præpositionem, illa Vocalis corripitur. ut: *Huiuscemodi, Sēlibra.*³
Causidicus, Fatidicus, Omnipotens, Siquidem, Bijugus, Multiplico, Tubicen, Cornicen, Fidicen, Neutrquam, Utrique.
Quadrupes, Graiūgena, Dūcenti, Dūpondius, Dūplex.
Polydorus, Euthydemus.

Exceptio.

I. E producunt, *Trēvir, Venēsiciēs, Videlicet. Refert, Imperf.* Item ex Ne & Ve composita. ut: *Nēquam, Nēquitiā, Nēdum, Nēquam, Nēquicquam, Vesanus, Vecors.*

Præter *Nēgo, Nēque, Nēqueo, Nēfas, Nēfastus, Nēfandus, Nēfarius:*⁵ quæ veriùs ex *Nec* sunt, quàm ex *Ne* deducenda.

2. Composita Verbi *FACIO* cum Verbis secundæ Conjugationis, E prioris partis Commune⁶ habent. ut: *Tur aliqvē faciunt, indutaq; cornibus aurum Victimavota facit.* *Ovid. 7. Met.*

Et—Liqvēfacto tempora plumbo Diffidit. Virg. 9. Æn.

Sic Tepēfacio, Calēfacio, &c.

3. I mobile per Casus producit. ut: *Quicumque, Cuilibet, Cuique, Unicuique, [ui diphthongo] utrique, plerique, tantūdem, quancūque.* Sed Immobile corripitur, ut, *Neutrquam, Utrique.*

I producunt etiam, *ibidem, ubique, utrobique*

Dd

bique

biq̄ue, ubi libet, scilicet, illicet, v̄pera, siq̄va, si-
quando, sive. Et ex DIES composita ut, Bi-
duum, Triduum, Pr̄idie, Post̄ridie, Pr̄idianus,
Mer̄idies, Mer̄idianus, Mer̄idior. Sed anceps
7. est Quoti die, Quoti dianus; ⁷ ut & Ubi v̄is,
8. Ubi cunq̄ue, Meli phyllum. ⁸ Ex quibus primum
frequentius producitur. Producentur etiam
Biga, Triga, Quadriga. Sed de his supra Reg. 2.
Gener.

idem Masculinum producitur: idem Neu-
trum corripitur.

† III. Si prior Compositi pars definit in O,
in Latinis dictionibus ferè producitur. ut: Nō-
lo, Quandoq̄ue, Quando cunq̄ue, Alioq̄ue, Utrō-
bique, Intrōduco, Retrōversus, Contrōversus, Pri-
mogenitus.

Præter Hō die, Quandoquidem, ōmitto, ōpe-
ria, Sacrosanctus.

Apud Martialem & Bardocucullus O breve
habet. lib. 14.

9. In Græcis ⁹ corripitur. ut: Argōnauta, Oecō-
nomus, Bibliōpola, Chirographum. Nisi ubi a est.
10. ut, Lagōpus, Minōtaurus, Geōmetra. ¹⁰

* IV. Omnes Præpositiones exeuntes in vo-
calem, ut aliàs, ita & in Compositione produ-
cuntur. ut, Dēpono, eligo, prōduco, prōconsul, dī-
vido, dījudico, sējungo, sēcurus. Præter, antē,
absq̄ue, sinē, ponē, propē, q̄ue corripiuntur. [Vi-
de Reg. in E.] Item Rē, ut Rēfero, Rēpendo, Rē-
pono. † Quamquam non dissimulandum, RE in

11. Compositis nonnullis anceps ¹¹ haberi. Produ-
citur enim alicubi. Hinc etiam Rējicio, & Rē-
jecto, ¹² primā productā inveniantur.

12. Exce-

UL PRO, in te
collis, Prucella, P
Prisus, Priscus
fama, Pröben, P
Et quando ex G
ut: Pröbta, Prö
Pröbta tamen
PRO, anceps est i
Pröbta, Prösun

page.
At Nomen Prop
posteritatem sign
pro Vite, producc
Hinc versur: Dat p
tre propago.

Recentiores a
ne primam Con
Δ II. DI n
patur: in aliis p
* V. Omnes
nicat Consona
sio impediatur.
adorno, adesus, c
obtus, perennis, p
More lupi elauj

RE

* Quando in
collocatus est in
dem vocatur. ut

Exceptio

Δ I. PRO, in sequentibus corripitur, *Pröcello, is, Pröcella, Profanus, Pröfari, Pröfectö, Pröfestus, Pröfiscor, Pröfiteor, Pröfugus, Pröfundus, Pröbibeo, Pröncepos, Prötervus.*

13.

Et quando ex Græca Præpositione *ωε* est. ut: *Pröpheta, Prölogus, Prödromus.*

Pröpino tamen anceps est apud Martialem.

PRO, anceps est in his sex Verbis, *Pröcumbo, Pröcuro, Pröfundo, Pröpello, Pröpulso, Pröpago.*

At Nomen *Pröpago*, quando progeniem seu posteritatem significat, primam corripere: pro Vite, producere, tradit *Servius ad 4. Æn.* Hinc versus: *Dat pröpago merum: fargit de patre pröpago.*

Recentiores autem in utraque significatio-
ne primam Communem faciunt.

Δ II. DI in *Dirimo & Disertus*, corripitur: in aliis producitur.

* V. Omnes Præpositiones exeuntes in univ-
nicam Consonantem, corripuntur, nisi Po-
sitione impediatur. *ineo, sübeo, supëreminet, äbeo, ädorno, ädesus, cisalpinus, intererat, öbesse, öbitus, përennis, përagro, prætereo, supërerat.* Sic *More lupi clausas circummeuntis oves.* Ovid.

14.

REGULA V.

* Quando¹ in Poly syllabis Accentus iustè²
collocatus est in Penultima; tunc longa ead-
dem notatur. ut: *Investigo, adulr.* Quando
Dd 2 autem

I. 2.

autem est in Antepenultima; penultima brevis notatur. ut: *Dóminus, Mulieres.*

REGULA VI.

* Disyllabarum dictionum prioris syllabæ quantitas judicatur per Compositionem ex accentu justè collocato, juxta Regulam præcedentem. ut, *Scribo, Inscribo: Accentus manet super penultima: ergo est longa. Lègo, Colli-go: accentus transit in antepenultimam: ergo penultima est brevis.*

Excipitur *Fidus*, à quo *Infidus* quidem producit, ut & *Fiducia* fido: Sed *Perfidus*, i corripit, ut & *Fides, Fidelis, Fideliter.*

REGULA VII.

* Quando dictio aliqua flectendo aut derivando minuitur numero syllabarum; tunc syllabæ illius quæ penultima facta est, quantitas ex Accentu judicatur, juxta Regulam quintam. ut:

Audacia, quia Audax, audacis.

Impedimentum, quia impeditum, & impedit.

Militia, quia Miles, Militis.

Conjugiū, quia Conjux, Conjūgis.

REGULA VIII.

* Plurimæ syllabæ præsertim penultimæ, ex Analogia Declinationum & Conjugationum sunt cognoscendæ. ut:

Corpus, Corporis: Ergo & Pectus, Pectoris.

Ano, Amābam, Amārem, Amāre, Amātum:

Ergo

Ergo & Clamo, Clamābam, Clamārem, Clamāte, Clamātum.

Lego, Legēbam, Legērem, Legēre.

Ergo & Rapio, Rapiebam, Rapērem, Rapēre.

REGULA IX.

* Genitivi plurales Primæ, Secundæ, & Quintæ Declinationis, A, E, O, in penultima producunt. ut: Duārum, Duōrum, Diērum.

REGULA X.

* Dativi & Ablativi plurales in BUS & BIS [Si B non ingreditur Rectum], A, E, O, penultima producunt: ut: Deābus, Rēbus, Bōbus, Ambōbus, Nōbis, Vōbis: I & U corripunt. ut: arcibus, arcibus.

Præter Būbus, quod producit. Bōbus Ausonio etiam corripitur.

REGULA XI.

* A Characteristica Primæ Conjugationis: E secundæ; & I quartæ, producit. ut:

Amās amābo, amāre.

Docēs Docēbo, Docēre.

audīs audirem audire.

Excipe.

1. Quando vocalis immediatè sequitur.

ut: Docēam, Audiam.

2. Tertiam singularem Præsentis Indicativi activi. Amāt, Docēt, Audit.

3. Do, quod Dās, Dā, quidem producit: sed aliās Da corripit. ut, Dābam, Dābo, Dārem, Dā

Dd 3

Dāre

Däre. Etiam in Compositione, *Circundābam; Circundābo, Circundāre.*

I. E ante R, & I¹ Tertiæ, corripuntur. ut: *Legērem, Legēre, Legis.* NISI I finale, & ita Tertiæ non sit proprium. ut: *Legī, Perfecto; & Legī, Infinitivo.*

U autem inter Conjugandum semper corripitur. ut: *Sūmus, Quēsumus, Volūmus.*

Excipitur E ante R in tertia plurali Perfecti Indicativi Activi, *Legērunt, Legēre*: & secunda singulari Futuri Indicativi Passivi. ut: *legēris vel legēre.*

REGULA XII.

□ Personæ in *ebam, &c. amus, atis, emus, etis, ote, eris vel ere, &c.* in Futuro Indicativi tertiæ & quartæ; *eris, ere, & aris, are, &c.* in Coniunctivi Passivi Prasente vel Imperfecto, penultimam producent. ut: *Legēbam, Legāmus, Legātis, Legēmus, Legētis, Legūtote, Legēris vel Legēre, amēris vel amēre, Doceāris vel Doceāre, Legētur, Amētur, Doceātur, Legēris vel Legerere, Legerētur, Legerēmus, Legerētis, &c.*

REGULA XIII.

□ Personæ in *imus & itis; ini & inor; erim, eram, ero, beris, bere,* penultimam semper corripunt, etiam in cæteris personis. ut: *amabimus, amabitis; amāminī & amāminor; amāverimus, amāveritis, amāveram, amāverim, amāvero, amāberis, amābere.*

Excip:

STLL.

Incipe l. in
Coniugationis. ut
ma. Sicut, Velim
producantur.

II. Futurum
dum unus & itis p
minatione IS.

R & E

† Tertia plura
penultimam pr
ver.

Δ Poete tam
len corripunt.

runt fallidis me
fiterunt, coma,
Dit tibi divitias d

rat. l. Lep. 4.

R

† Desinentia
mam producu

Altare, Cæc

Exceptis, A

Binaris, Hic

Ataribal.

R

† Substantiv
penultimam co

Cassius, Va

R & E

† Substantiv
etiam, penult

Excipe I. *imus, itis*, in Præsenti Quattæ Conjugationis. *ut, Audimus, Auditis: & Simus, Sitis, Velimus, Velitis, cum Compositis, quæ producuntur.*

II. Futurum Coniunctivi in Versu interdum *imus & itis* producit. *Vide infra in terminatione IS.*

REGULA XIV.

† Tertia pluralis Perfecti Indicativi Activi, penultimam producit. *Amaverunt vel Amaverunt.*

△ Poetæ tamen eam interdum per Sytolen corripiunt. *ut: Matri longa decem tulerunt fastidia menses. Virg. 4. Ecl. Obstupui, steteruntq; comæ, vox faucibus hæsit. Virg. 3. En. Dii tibi divitias dedèrunt, artemq; fruendi. Horat. l. 1. ep. 4.*

REGULA XV.

† Desinentia in AL, ARE, ARIS, penultimam producit. *ut: Tribunal, Vestigal.*

Altære, Cochleære, Solaris, Lunaris.

Exceptis, *Animal, Capital, Thoral, Mære, Bimaris, Hilaris.* Et Peregrinis, *Annibal, Asdrubal.*

REGULA XVI.

† Substantiva in ETAS, ITAS, & BULUM, penultimam corripiunt. *ut: Piètas, Variètas, Castitas, Vastitas, Stabulum, Vestibulum.*

REGULA XVII.

† Substantiva in LE, ELA, & ETUM *ωε* producunt, penultimam producit. *ut:*

Dd 4 Cubi

1. *Cubile, Monile, Loqvēla, Tutēla, Salicētum, Quercetum, Fimētum.*
Excipe brevia, *Insile, Nephēle.*

REGULA XIII.

† In DO & GO desinentia Substantiva, penultimam producunt, ut:

Alvēdo Cupido Caligo, Imāgo.
Exceptis, *Comēdo, Unēdo, Ligo, Harpāgo.*
Spādo autem anceps est.

REGULA XIX.

1. † Adjectiva in ICUS & IDUS ¹ Denominativa, corripiunt penultimam, ut:

Fanaticus, Opticus, Famelicus, Lividus, Vividus.

2. Si tamen Nomina in ICUS, ² ab OR descendunt, eandem producunt, ut: *Amicus, Pudicus, ab Amor, Pudor.*

REGULA XX.

† Derivata in ANUS & ATUS, penultimam producunt, ut: *Primānus, Mundānus, Senātus, Togātus.*

Nisi sint à Supinis brevibus, ut: *Dātus, Sātus, Rātus.*

REGULA XXI.

† Superlativa & Denominativa in IMUS Polysyllaba, penultimam corripiunt, ut:

Doctissimus, Pulcherrimus, Maritimus.
Legitimus, Millesimus, Decimus.

REGULA XXII.

† Desinentia in INUS, si à Nominibus animalia

significanti
significanti
horius, Equinus
Lepinus, &c. Ita
significanti
ru. à Matra. V
inus, à Sero, ut
de e. LL. cap. 9
ab aliis Nomin
sertim Hothini
à Niger; Veni
Athēsi fl. Fav
Huc refer & Ad
grinus, Metaph
Vico: Marus,
nus, & similia.

† Desinentia
significanti, & à
significanti
tem cadentibus
Adamantus, A
gdalium, Amath
Crocus, Crystalli
Torarini, Hyacin
nus, Myrrorus, Pi
Oporus, Citimar
basius, Carthini
Hac Romulus pro n
pro Verusculo] He

malia significantibus descendunt, & Possessionem significant, I producunt. ut: *Porcinus, Anserinus, Equinus, Lupinus, Ursinus, Leoninus, Leporinus, &c.* Item quæ à Nominibus Tempus significantibus deducuntur. ut: *Matutinus, à Matuta. Vespertinus, à Vespera.* [*Serotinus, à Serò, ut & Diutinus, Scaliger producit de c. L. L. cap. 98. perperam.*] Item quæ ab aliis Nominibus deducta, rei vivæ, & præfertim Homini attribui possunt. ut: *Nigrinus, à Niger; Venusinus, à Venusia; Athesinus, ab Athesis fl. Favorinus, Valentinus, Justinus, &c.* Huc refer & *Adalterinus, Clandestinus, Peregrius, Mediastinus, Collinus, à Colle; Vicinus, à Vico; Marinus, Ligurinus, Tiberinus, Cisterminus, & similia.*

REGULA XXIII.

† Desinentia in INUS, quando materiam significant, & à Nominibus non-animalia significantibus, nec in Regulam præcedentem cadentibus descendunt, corripiuntur. ut: *Adamantinus, Amaracinus, Oleaginus, Amygdalinus, Amethystinus, Cedrinus, Apyrinus, Crocinus, Crystallinus, Cupressinus, Fabaginus, Tartarinus, Hyacinthinus, Lanthinus, Myrrbinus, Myrrbinus, Prasinus, Succinus, Thalassinus, Oporinus, Ebimerinus, Earinus, Therinus, Carbasinus, Carbatinus, Cocceus, Bamyccinus, ab Hæc Bombyx pro materia [non ab hic Bombyx, pro Vermiculo] Hornotinus.* Item hæc ab Adver-

biis orta, *Craſſinus, Perendinus, Priſtinus, Sē-
rōtinus, Diūtinus.* Sic *Minus, Eminus, Coming.*

REGULA XXIV.

† Bi & Tri in compositis corripuntur. ut: *Biceps, Triceps, Bicens, Tricens, Binominis, Triformis, Triplex.*

Excipe, *Bīduum, Trīduum, Bīge, Trīge.*

[*vide Reg. 2. Cap. 2.*]

REGULA XXV.

† Derivata Adjectiva Latina in ORIS & OSUS, penultimam producant. ut: *Canōrus, Sonōrus, Generōsus, Odiōsus, Prōsa.*

REGULA XXVI.

† Patronymica Masculina in ADES, corripunt penultimam. ut: *Aeneādes, Laertiādes, Anchisiādes, Hippotiādes.*

REGULA XXVII.

† Patronymica Masculina in IDES, ex Nominibus in EUS, penultimam producant. ut: *Thesiādes, Pelēādes, Atriādes.*

Quando autem tale I resolvitur in EI, utraque Vocalis natura corripitur: E autem Ionice etiam producitur. ut: *Thesiādes, Pelēādes.*

Sed rarius hoc est apud Latinos.

Inferto autem, Ionico more, A brevi, E producitur. ut: *Thesiādes, Pelēādes.*

REGULA XXVIII.

† Patronymica Masculina in IDES, ex Nominibus Secundæ vel Tertiæ, penultimam corripunt. ut:

Aciādes

Æacides, Æolides, Priamides,
Agenorides, Æsonides, Pelopides.
 Præter *Beli-des, Lycurgi-des, Amphiarai-des,*
à Belus, Lycurgus, Amphiaraus. [Vide
 Reg. 5. Cap. 2.]

REGULA XXIX.

† Patronymica in EIS, quorum Masculina à Propriis in EUS veniunt, E ante IS Comune habent. ut:

Theseus, Theseides vel Theseides Theseis.
Nereus Nereides vel Nerides Nerēis.

REGULA XXX.

† Patronymica Fœminina in NE, † præcedens I vel O produciunt. ut: *Nerine, Acrifione.*

REGULA XXXI.

† Derivata in OCINIUM, O produciunt, CI corripunt. ut: *Tirocinium, Patrociniū, Lenociniū.*

REGULA XXXII.

† Deminutiva in OLUS & ULUS; itemq; Verbalia in LIS & BILIS, corripunt penultimam. ut.

Aureulus Urceulus Bellulus Hortulus.
Pensilis Sensilis Amabilis Terribilis.

Sed Denominativa in LIS, penultimam produciunt. ut: *Aquālis, Herilis, Infantilis.*

Præter, *Humilis, Dapsilis, Parilis, Pessilis.*

REGULA XXXIII.

Deminutiva in ICILUS, I antepenultimæ naturæ breve habent. ut: *Pisciculus, Molliculus, Colliculus, Versiculus, Pellicula, Fidicula, Viticula, Ovicula, Graticula; Clavicula, Reticulum.*

Posi-

Positione autem producunt, ob concursum brevium. ut: *Cuticula, Apicula, Ovacula, Pediculus* &c. Et horum exemplo etiam alia, longa precedente. ut: *Viducula, Craticula, Clavacula.*

Excipiuntur I origine longum habentia. ut: *Radicala, Vesicula, Lecticula, Amiculus; à Radix, icis, Vesica, Lectica, Amicus, &c.* Hic enim etiam in Derivatis I longum manet.

Deminutiva autem in ICELLUS, I perpetuò corripunt. ut: *Mollicellus.*

REGULA XXXIV.

† Verbalia in MENTUM, à Supinis formata, antepenultimam habent longam, si à Supino veniunt cuius penultima naturâ longa est; brevem, si brevis, aut positione tantum longa. ut:

Sacramentum, Blandimentum, Argumentum, Idmentum; ex Sacrarum, Blanditum, Argutum, Iutum; vel verius q. Iugamentum, ex Iugatum.

At: *Monimentum vel Monumentum, Tegumentum, Documentum, ex Monitum, Testum, Doctum.*

Brevia hæc imitantur etiam *Elementum, & Emolumentum.*

REGULA XXXV.

1. † Denominativa Latina¹ in ACELUS, ANEUS, ARIUS, ²ATICUS, ABILIS Verbalia,³
2. 3. ATILIS, ACULUS, ACUNDUS, MONIUS,⁴
4. ITICVS,

ITICVS, ITIUS
penultimam
fices; Subi
Samaris; Aqu
quodlibet; Aqu
Undruculum; L
niam, Querinov
ventium, Supp

† Definient
RIUS & UR
ba Medicativa,
TUS, O. ut:

Laculentus
plur; Mercurius,
Centurio, Duci
lentus, Violent

At, Prius
curio, Medita
pertinent, sed

Verba. Excip
Inuria, Injuria
vatiōne patent

Sic definiti
corripunt. ut
tudo, Latitudo,
REG

† Adverbia in
unt. ut: Callid

ITICUS, ITIUS à Supinis, ⁵ TORIUS, antepenultimam producant. ut: *Mustaceus, Testaceus; Subtaneus, Momentaneus; Librarius, Senarius; Aquaticus, Viaticum; Amabilis, Egoabilis; Aquatilis, Saxatilis; Tabernaculum, Umbraculum; Iracundus, Facundus; Patrimonium, Querimonia; Leviticus, Samariticus; Adventitius, Suppositivus; Meritorius, Notorius.*

REGULA XXXVI.

† Desinentia in ULENTUS, UPLUS, URIUS & URIO, tam Nomina quam verba Meditativa, U corripunt: & in OLENTUS, O. ut:

Luculentus, Feculentus; Decuplus, Centuplus; Mercurius, Luxuria, Centuria, Decuria, Centurio, Decurio, Esurio, Parturio, Sangvinolentus, Violentus.

At, Prurio, Ligurio, Scaturio, Scalpurio, Curio, Meditativa non sunt, ideoq; huc non pertinent, sed producantur. Vide cap. 6. de Verbo. Excipiuntur etiam longa hæc: *Curia, Iniuria, Injurius; quæ posteriora etiam ex Derivatione patent.*

Sic desinentia in ITUDO, antepenultimam corripunt. ut: *Altitudo, Magnitudo, Longitudo, Latitudo, Similitudo.*

REGULA XXXVII.

† Adverbia in ITUS, penultimam corripunt. ut: *Calitus, Funditus, Radicitus.*

REGU.

REGULA XXXVIII.

† Adverbia in TIM, producunt penultimam. ut: *Vitūm, Diētū, Summātū*. Præter *Affātū, Perpētū*. Sed *Statim* utramque quantitatem capit diverso significatū.

1.

REGULA XXXIX.

2.

† U epentheticum, & quando ponitur inter duas Consonantes, quarum posterior est Vav, corripitur. ut: *Indūperator, Indūgredi, Iūso, Iūvenis, Flūvius, Dilūvium*.

Excipe *Iūverna*, i. e. *Hibernia*. al: *Hyb*. Item quæ in Regulas alias cadunt. ut: *Iūvi* producitur, quia est Præteritum disyllabum.

REGULA XL.

Δ Latina ex Græcis desumpta, ut plurimum retinent quantitatem Græcam. ut:

ἀνδρῶσ γεωσ, υυ: *Andrōgēōs. ōis, υυ*: *ōvis. ōois, -υ*: *ōvūm. ἦρ, -*: *Ver. Φυγή, υ*: *Fūga.*

Φάμα, -υ, *Doricè, pro Φήμη: Fāma.*

Excipiuntur tamen quædam, quæ quantitatem mutant, sive id ipsorum Græcorum exemplo fiat: ut: *Φοινίξ, ικ*, *-υ, ικι, -υ*: at *Punicæus*, sicut etiam *Φοινίσις*.

Κύθηρα, Cythæra, Cychōræus: at *Cythēra*, quia etiam *Κυθήρια*.

πίσις ἀνη; at *Pisana*, quia datur etiam *πίσις ἀνη*.

ὄρει-χαλκ: at *ori cbalcum*, quia datur etiam *ὄρειχαλκ*, *υυ-υ*.

ἦω: at *ēoi*, quia datur etiam *ἦω*.

Sive

sive sine illoru

ἦω, υυ, γ

L. L. C. 21.

ἦω, υυ, γ

Sive sine illorum exemplo. ut:

ἀ χάρις υυ, χάρις, *Chārus*, [*Scal. de caus. L.L. C. 22.*]

ἀ κρᾶταις, —υυ, *Grābātus*: *quāquam* ἔκρᾶταις. υυυ.

ἀ λάκκῳ, —υ, *Lācus*. ab ἑῶλον, *Bālīsta*.

ab ἄλλῳ, —υ, ἄλλω —: *alius*, *Sālio*.

ἀ θεινω —, Φαι —νεδα: *Vēnio*, *Fēnestra*.

ab ἑδῳ υυ, *Sēdes*: *contra* ἑδῳ. ἀ ρέθη, *rēda*.

ἀ με, υ: σέ, υ: ἔ, υ: *Mē*, *Tē*, *Sē*.

ab εἰ, ἐός, εἰ, ἐνα υυ: *ūnus*, *ūnius*, *ūni*, *ūnum*.

ἀ Φῆς, —, *Fōra*: ab ἦρω, —, *Hērūs*, [*Scal. 26. de L.L.*]

ἀ κρήπις, *Crēpida*. ab ἦ — λικτρον, *ēlectrum*.³

ab ἐδῆς, —, *Vestis*. [*Terentian. Maur.*]

ἀ κῆρ, —, *Cūr*. ab ὀλῳ, υυ, *Sōlus*.

ἀ ἔσ — λομαι, *Fōlo*. ἀ ἔστρωον, —υ, *bitūrum*.

ἀ φύλλον, —υ, *Fōlium*. ἀ κύβῳ, υυ, *Cūbis*.

ab ἠῆω, *Nēsōs*, *Heclōr*, *Nestōr*.

ab Ἀπολλῶν, —, *Apollinīs*, *ini*, *inem*.

ab ἐγῶ υ —, *ego*: ἀ λεῶν, υ —, *Leo*.

ἀ κῶν, —υ, *Cōnisco*. ἀ κρῶζω, —, *Crōcīto*.

Quōd si Aufonium & alios sequi vellemus, exempla habituri essemus quāplurima.

REGULA XLI.

† Peregrina, plerunquē sunt adiaphora, & libera, nisi in Regulas generales impingatur.

ut: *amen*, *abel*, *alleluia*. *Dāvi d*, *Dāniel*, *Jacob*, *Jacobus*, *Lot*, *Lōthus*, *Mi chāel*, *Nābāl*, *Nābālus*, *Nābānāel*, &c.

Sed

2. Sed tamen hæc quamproximè² ex Græca scriptura, quæ representata inveniuntur, sunt dijudicanda, ut ubi *η* vel *ω* ponitur, syllaba producat; ubi *ε* vel *ο*, corripitur; ubi *α*, *υ*, libertas maneat.

□ NOTA.

I. Quæ in Regula 19. 20. 25. 32. 33. 35. 36. de Terminatione US dicta sunt; etiam de A & UM intelligi debent, tam Substantivorum quam Adjectivorum.

II. Passiva & Deponentia judicantur ex forma Activa.

III. Syllabas initiales & medias, quæ ex hæcenus enumeratis Regulis cognosci fortè non possunt, ostendet A B A C U S V O C U M P R O S O D I C U S ad calcem adjectus. Quæ, qui defectum senserit, locupletare privato usu poterit, si volet.

Cætera ex Autoritate petantur, maxime quædam Propria.

CAPUT IV.

REGULÆ SPECIALISSIMÆ de Ultimarum Syllabarum Quantitate.

A.

- I. 2. * Nomina¹ in A² primæ aut tertiæ declinationis, item Pluralia Neutra, brevia sunt. ut: *Mus* & *mibi causas memorat*. 1. *Æn*.

Sic

Se animis natu
dis. Horat.
Arma virumq;

Exci

* I. Numer

Gradu agn

* II. Vocati

vel tertiæ decli

Calebã, Pallã.

† Interdum

mã, per Cæsurã

* III. Ablat

Europã atq; A

* Cætera, ut

producantur. u

prã, præteritã.

Præter, Eidi

tur.

* E in fine

Gausapẽ, corp

tẽ, fortẽ, sapẽ,

nẽ, atq; usq;

Ex

* I. Græca in

tibi, Cerebĩ;

* II. Neutra

Mẽ.

* III. Ablat

ur, Eidi, Speci

*Sic animis natum inventumq; poemã juven-
dis. Horat. de Arte.*

Armã virumq; cano. 1. Æn.

Excipiuntur longa,

* I. Numeralia³ Indeclinabilia, *Trigintã, 3.*

Quadragintã, Sexagintã, &c.

* II. Vocativi à Masculinis in AS primæ
vel tertiæ declinationis. *ut: ò Æneã, Atlã,
Calchã, Pallã.*

† Interdum & à Nominativis in ES pri-
mæ, per Casuram: ⁴ *ut, ò, Anchisã.*

* III. Ablativi primæ declinationis. ⁵ *ut:*
Europã atq; Asiã pulsus. Virg. 1. Æn.

* Cætera, ut Verba & Indeclinabilia in A
producuntur. *ut, amã, memorã, ã, infrã, su-
prã, præterã, contrã, putã, &c.*

Præter, *Eiã, Itã, Quã,* quæ corripuntur.
6.7.8.
9.

E.

* E in fine corripitur. *ut: Cepẽ, Cubilẽ,
Gausapẽ, corpore, patre, legerẽ, temere, spon- 1.
te, forte, sapẽ, mane, rite, sine, ante, prope, po-
nẽ, absq; usq;.*

Excipiuntur longa,

* I. Græca in E primæ declinationis. *ut: An-
chisẽ, Chremẽ, Lachẽ, Euterpẽ, Penelopẽ.* 2.

* II. Neutra pluralia in E. *ut, Tempẽ, Cetẽ,
Mele.*

* III. Ablativi quintæ declinationis in E.
ut, Fide, Specie, Die, Rẽ &c. & quæ cum his

E e compo-

componuntur. *ut, Hodie, Pridie, Postridie,*

3. *Quare, &c.* Additur his & *Fame.*³

* IV. Imperativi Singulares secundæ Con-

jugationis. *ut, Docē, Tenē, Silē, Tacē &c.*

4.5.6. † *Sed, Cave,*⁴ *Vide,*⁵ *Vale,*⁶ sæpè etiam cor-
ripiuntur.

* V. Adverbia in E, facta ex Nominibus

7. secundæ declinationis. *ut, Bellē, Pulchrē, Do-*

8. *ctē, Valdē,*⁸ *Maximē, Optimē, Pessimē, &c.*

Quibus se adjungunt etiam *Ferē & Fermē,*
& Interjectio, *Ohē.*

Sed *Benē & Malē* corripiuntur.

* VI. Monosyllaba in E, *ut, ē, dē, mē, tē, sē,*
nē [*prohibendi particula*] Præter Præposi-
tionem *Rē*; Encliticas, *Quē, Nē, Vē*; & Sylla-
bicas adjectiones, *prē, cē, tē, ut, Meapitē, Hic-*
cē, Tutē.

I.

* In I desinentia producuntur. *ut, Gum-*
mī, Sinapī, Domini, Patri, Domū, Quī, Illī, Le-
gī, Dixī, Nī, ō Caciī.

Exceptio

* I. Indifferentia sunt, *Mibi, Tibi, Sibi,*
Ubi, Ibi, Illi, Adverb: Et Composita, Veluti,
Sicuti.

1.2. * II. Brevia sunt, *nis, quasi, et cū,*² quum
disyllabum est.

† III. Vocativi Græci in I breves sunt. *ut,*
ō Patri, Alexī, Daphnī.

IV, Dati-

IV. Dativi
interdum
ne Syros cele
Sui. i. Achill. Ta
trius Tertie in I
siapud Græcos
tionem cadat. ut,
Pyladii, Pyladii.³

* In Oindiff
Dno, Ambō, Eg
lanā, Medic
ta volunt prod

* I. Dativi &
mino, Luo, Se

* II. Præp
nibus oria³ p
Mulo, Tano
tur, Ergo⁴ [pr
Ulvi, Iacvō.

Præter hæc
Postmodō. Itē
Quibus addun
Indifferenti
Compositio Verō
† III. Græ
tur. ut, huius
Sapphō.

Sitamen i

†IV. Dativi Nominum Græcorum Tertie interdum corripuntur. *ut, Palladi litto-ree Scyros celebrabat honorum Fortè diem. Stat. 1. Achill.* Tametsi aliàs Latino more Dativus Tertie in I, sit producendus, præsertim si apud Græcos nomen in Primam Declinationem cadat. *ut, Pylades, Pyladæ: & Pylades, Pyladis, Pyladi.* 3

O.

* In O indifferentia sunt. *ut, Leō, 1. Virgō, Duō, Ambō, Egō, Legō, Amatō, Docetō, Vigilandō, 2. Medicandō.* † Sed Verba Monosyllaba volunt produci. *ut, Dō, Stō, Nō, Flō.* 1. 2.

Exceptio

* I. Dativi & Ablativi producuntur. *ut, Dominō, Lupō, Scamnō.*

* II. Præpositio *Prō*, & Adverbia à Nominibus orta 3 producuntur. *ut: Subitō, Meritō, Multō, Tantō, Quantō, Falsō.* Quibus adduntur, *Ergō* 4 [*pro Causa*] *Adeō, Ideō, Profectō, Ulterō, Idcirco.* 3. 4.

Præter hæc brevia, *Citō, Modō, Dummodō, Postmodō.* Item *Cedō, pro Dic vel Da, Illicō.* Quibus addunt & *Imō.*

Indifferentia tamen sunt, *Quomodō* 5 & *Conjunctio Verō* 6: item *Ergō, pro &* 5. 6.

† III. Græca quæ habent ω, producuntur. *ut, huius Androgeō; hæc Clitō, Echō, Alestō, Sapphō.*

Si tamen in ω exeuntia, literam N Latine

tinè abjiciunt, O corripere possunt. ut *Agamemno*, *Plato*, *Cicero*, *Leo*, *Ego*.

U.

* V in fine semper longum est. ut, *Cornū*, *Fruētū*, *Cūrrū*, *Amatū*, *Risū*.

† Excipitur antiquum, *Indū pro In*, quod corripitur. *Indū pavimento*, atque emblemate *vermiculato*.

Y.

* Y in fine breve est. ut: *Moly* vocant *Superi*: *nigra radice tenetur*. *Ov. l. 14. Met. O Tesby*.

B. D. T. L. M.

1. * Desinentia in BDT¹LM, corripiuntur.
ut, *āb*, *sāb*, *ād*, *apūd*, *capūt*, *legīt*, *mēl*, *fēl*, *veſti-*
2. 3. *gāl*, *Annibāl*, ² *pōl*: ³ *Sic*, *Insignita* ferè sunt mil-
4. *lia militūm* ⁴ *oſto*. *Enn*.

Nam quod fluidū est, è levibus atque rotundis. *Lucret*.

5. *More lupi clausas circummeuntis* ⁵ *oves*. *Ovid*.
Circūmagi quendam volo visere, non tibi notum.
Martial.

6. 7. 8. Excipiuntur longa, *Sāl*, ⁶ *Sōl*, ⁷ *Œ* *Nīl*. ⁸
C & H.

1. 2. * In C, & H, longa sunt. ut: *Ēāc*, ¹ *Dīc*, ² *Dūc*,
3. *Hīc*, *Illic*, *Istħic*, *Hūc*, *Illūc*, *Hūc*, *Illūc*, *Hōc*, ³
Prōb, *āb*, *Vāb*, *Gīth*. [*al. Gīr*.] quod tamen
peregrinum videtur.

Excipiuntur,

I. *Hīc* Pronomen Masculinum, quod indifferens est; quum Adverbium *Hīc* juxta Regulam producat.

II. *Nec*

II. *Nĕc, Donĕc*, quæ corripuntur, ut & Imperativus *Făc.*⁴

4.

N.

* In N brevia sunt. ut, *Lumĕn, Numĕn, Tamĕn, Iliōn, Daphnĭn, Capŷn, Tetbyĭn.*

Exceptio

* I. Monosyllaba hæc producuntur, *Rĕn, Splĕn, Qvĭn, Sĭn, Ēn, Nōn. Item, Liĕn.*

† II. Græci Nominativi Masculini & Fœmini, in AN, EN, IN, ON, YN, producuntur. ut, *Titān, Pæān, Træzĕn, Splĕn, Hymĕn, Salāmĭn, Delphĭn, Pandiōn, Actĕōn, Phorcŷn.*

I.

Δ III. Casus Attici in ON producuntur. ut, *Androgeōn, ἀνδρῆγεωv.*

Δ IV. Accusativus Græcus Masculinus in AN producitur. ut, *Æneān*:² Sed Fœmininus modò producitur, ut, *Electrān*:³ modò corripitur, ut, *Maiān*,⁴ juxta naturam Nominativi.

2.

3.

4.

Ideò hæc ex Græcis sunt cognoscenda.

Δ N O T A. *Vidĕn*⁵ ab omnibus corripitur.

*Nemōn*⁶ ab Horatio producitur.

5.

Tĕn ego,⁷ aliquoties legitur in Ciri.

6.

*Noŷtĭn*⁸ ex epistola Medæ affertur.

7.

De *Scĭn, Audĭn, & ŷimilibus*,⁹ nihil certi constat.

8.

9.

R.

* R in fine corripitur. ut: *Casār, Patĕr, Vir*¹, *Cōr*,² *Heĕtōr, Neŷtōr, Vultūr, Marrŷr, Seqvōr, Seqvitūr, Seqvuntūr, Seqvitōr, Circitĕr, Propter.*

1.

2.

E e 3

Excipe

Excipe longa,

3.4. * I. Pār cum Compositis, Impār, Compār, &c. Item, Nār,³ Lār,⁴ Fār, Cūr, Fūr, & Vēr.

† II. Græca in ER imparisyllabica. ut, aēr, ethēr, character, Gratēr, Ibēr, Sic Spintēr.

5. Celtibēr⁵ tamen à Martiale corripitur, quod aliàs ultimam natura longam habet.

AS.

1. * In AS longa sunt. ut, Bonitās, Maiestās, Mensās, amās, factās, mās, anās.

† Exceptio

I. As per ADIS declinata corripiuntur, tam Græca quàm Latina. ut, Vās, Vadis: Pallās, adis; Arcās, Pleiās.

II. Accusativi Græci in AS corripiuntur. ut: Rhetorās, Arcadās, Troās.

ES.

* In ES longa sunt. ut, Fidēs, Rēs, Famēs, Sacerdotēs, Patrēs, Docēs, Amēs, Faciēs, Legerēs, decies, triciēs, ducentiēs, Inquiēs. Subst. & adject.

Exceptio

* I. Brevia sunt in ES tertiæ Declinationis, quæ penultimam Genitivi imparisyllabici corripiunt. ut: Segēs, Segētis; Tegēs, Prasēs, Divēs, Milēs.

Præter Cerēs, Ariēs, Pariēs, Abiēs, & Pēs cum Compositis. ut, Bipēs, Tripēs, Loripēs, Cornipēs; Sompēs, &c.

* II. Brevis est Præpositio Penēs.

III. Es

* III. Es a V in Compositis, & producitur.

† IV. Brevia tra in ES; & p non contracta. Arcadēs, Troadēs, adēs.

† Reliquæ gnoscen- most bene in Vocati- & Enclitico

* Is brevis est, Legiēs.

* I. Prodrates, ut, Dom- quis pro Qu-

† II. Nom- ITIS, & ENT- Salamis, De- Vires, Samnis, Dis-

* III. Ver- dam singulare- ſis, Abi.

† IV. Vis, ducentur. ut: ſis, Malis, Gravis,

* III. *Es à Verbo Sum*, corripitur, etiam in Compositis, *ēs, adēs, præēs*. Sed *ēs* ab *ēdo*, producitur.

† IV. Brevia sunt Græca singularia Neutra in ES; & pluralia Tertiæ declinationis non contracta. *ut: Cacoëtēs, Hippomaneēs, Arcadēs, Troadēs, Hellenēs, Atlantidēs, Pleiadēs.*

† Reliqua Græca ex suis Vocalibus cognoscenda sunt. *ut in Nominativo, Demosthenēs producte, quia ὁ Δημοσθένης. At in Vocativo, ὦ Δημοσθένης correpte, quia ὦ Δημοσθένης.*

IS.

* IS breve est. *ut, Ignis, Piscis, Matris, Legis, Legitis.*

Exceptio

* I. Producentur Dativi & Ablativi plurales. *ut, Dominis, Musis, Nobis.* Huc refer & *Quis pro Quibus.*

† II. Nomina Tertiæ, flexa per INIS, IRIS, ITIS, & ENTIS, producent ultimam. *ut:*

Salamis, Delphis, inis: Glis, Gliris; Vis, Vires, Plur.

Samnis, Dis, itis: Simois, Opois, entis.

* III. Verba quartæ, producent secundam singularem Præsentis Indicativi. *ut: Audis, Abis.*

† IV. *Vis, Sis, Vefis*, cum Compositis producentur. *ut: Quamvis, Quidvis, Adsis, Possis, Malis, Nolis.* Item Adverbia *Foris* & *Gratis.*

Ee 4

V.Ris

Δ V. RIS ultima Futuri Coniunctivi sæpissimè quidem corripitur: sed interdum tamen etiam producitur. ⁴ ut:

4.

5.

— Si dixeris, ⁵ aestuo; sudat. Iuvenal. Sat. 3.
Da mihi te placidum, dederis in carmina vires.
Ovid. 1. Fast.

OS.

* Os longum est. ut: Bōs, Rōs, Dōs, Ōs, ōris.
Arbōs, Honōs, Dominōs.

Excipiuntur brevia,

1.

I. Compōs, Impōs, Ōs ossis, Exōs. ¹

II. Græca in OS per omicron. ut, Delōs, Chaōs, Palladōs, Tethyōs.

* US breve est. ut, Dominūs, Tempūs, Patribūs, Fructūs, Amamūs, Secutūs, Intūs, Secūs, Tenūs.

Exceptio

* I. In US tertiæ declinationis, quæ U in Obliquis retinent, producuntur. ut: Tellūs, ūris; Salūs, ūris; Mūs, ūris; Iūs, ūris; Plūs, ¹ ūris; Sūs, Sūs.

2. Præter Pecūs, ūdis; Intercūs, ūtis; Ligūs, ² ūris.

3. † Ab Horatio etiam Fœmininum Palūs ³ correptum est.

* II. Genitivus Singularis, Nominativus, Accusativus, & Vocativus Plurales in US Quartæ ⁴ producuntur. ut: huius Fructūs, Hi Fructūs, Hos Fructūs, ō Fructūs.

† III. Græca in ŷc producuntur, ut, Iesus.

sūs, Sappho, Sapphūs, 5 Amathūs, Opūs, Pan- 5.
ibūs: & à τῶς composita. ut, Tripūs, Melam- 6.
pūs.

Sed tamen *Oedipūs, 6 & Polypūs* etiam cor-
 ripiuntur.

YS.

*YS per y, breve est. ut, *Chelys, Capys, Li- 6.*
by s.

† Exceptio

I. Contracta in YS, producentur. ut, *E- 1.*
rinnys, pro Erinnyes vel Erinnyas. Item in
 YS & YN desinentia. ut, *Phorcys, alias*
Phorcyn.

II. *Tethys, 1 pro uxore Oceani, anceps 1.*
 est.

CAPUT V.

DE ACCENTU SEU TONO SYLLABARUM.

* *Quid est Tonus seu Accentus?*

Tonus seu Accentus 1 est pronunciandi 1.
 ratio, qua syllaba alia efferendo attollitur, a-
 lia deprimitur.

* *Quot sunt Toni?*

Tres: Acutus, Gravis, & Circumflexus.

* *Quid est Acutus?*

Acutus est Tonus, quo syllaba pronun-
 ciando nonnihil attollitur. ut, *Dominus, opti- 1.*
mus, Legere.

Ec 5

Nota

Nota eius apud Græcos ¹ est.

* *Quid est Gravis?*

Gravis est Tonus, quo syllaba æquabiliter absque aliqua vocis elevatione profertur. *ut: ultime in Dominus, Legere.*

Nota eius apud Græcos ¹ est.

* *Quid est Circumflexus?*

2. Circumflexus est Tonus, quo syllaba cum mora paulò maiore ² effertur. *ut amare, amarim, amasse.*

Nota eius apud Græcos ² vel ¹ est: quarum posterior etiam Latinis aliquando in usu est.

* *Quot Accentus capit quælibet dictio?*

3. Præter Gravem, quælibet dictio unicum accentum per se ³ habet, vel Acutum vel Circumflexum.

* *Quot sunt sedes Accentuum horum?*

Tres: Ultima, Penultima, & Antepenultima syllaba.

† NOTA. Monosyllabæ dictiones, etiam hic æstimantur pro ultimis syllabis.

* *Quæ sunt sedes Acuti?*

Quævis harum trium, h. e. vel Ultima, vel Penultima, vel Antepenultima syllaba. *ut: Per, Semper, Desuper.*

* *Quæ sunt sedes Circumflexi?*

Dux; vel Ultima vel Penultima. *ut: Mos, Munus.*

* *Quæ sunt sedes Gravis?*

4. Gravis concipitur in omnibus ⁴ syllabis, quæ nec acuntur, nec circumfleuntur. *ut: in di-*

inditione Miseri

Græcorum, præter

† Die Reg

I. Dictio M

bet vel Circum

II. Dictio D

ferum habet

III. Dictio

accentum habet

IV. Dictio

vi accentum

□ NOTA.

ma: rta apud Lat

ratio in Polyfylla

II. Ad breve

quodam cum Mu

ra. ginebra.

III. Vulgar

Regulis discrepa

Callicæ, Ligiphe

Vulgari uti mu

Ligiphe: licent

go acunt, Caly

in III, ut Virg

sive Syncope, a

gion. Graec. Ma

Δ Die Reg

I. Omnis m

ga, sive cum

sti debet. ut:

Lux.

II. Omnis m

sive positione

Per, Ad, In, Et,

9

in dictione Misericordia, omnes syllaba habent Gravem, præter Cor, quæ acuitur.

† Dic Regulas generales de Accentibus.

I. Dictione Monosyllaba, vel Acutum habet vel Circumflexum.

II. Dictione Disyllaba, Acutum vel Circumflexum habet in penultima. 5

III. Dictione Polyssyllaba penultima longa, accentum habet in eadem.

IV. Dictione Polyssyllaba penultima brevis, accentum habet in antepenultima.

□ N O T A. I. Ut apud Græcos ex quantitate ultimæ: ita apud Latinos ex quantitate penultimæ, Toni ratio in Polyssyllabis dependet.

II. Ad breves etiam hic pertinent, quæ propter Liquidam cum Muta Ancipites sunt, ut *arbitror, Phæretæ, tenebræ*.

III. Vulgaris usus extra Versum, interdum ab his Regulis discrepat. Ita Grammaticè quidem protuleris, *Calesfacis, Liqvesfacis*, cum Acuto in antepenultima: Sed Vulgari usu multi extra Versum penacuunt, *Calesfacis, Liqvesfacis*: sicut & Composita à *Fis, Fit*, ultimam vulgo acuunt, *Calesis, Calesit*: Et Vocativi 6 Propriorum in IUS, ut *Virgili, Mercuri*, pro *Virgili, Mercuri*: Sic alia sive Syncopenta, sive Apocopenta. ut: *Tuguri, pro Tugurii*. Præter *Mancipi, pro Mancipii*. 6.

△ Dic Regulas Speciales de Accentibus?

I. Omnis monosyllaba dictione natura longa, sive cum, sive sine positione, circumflexi debet. ut: *Æs, Fraus, Mos, Ros, Sol, Nil, Lux*.

II. Omnis monosyllaba dictione, sive brevis, sive positione tantum longa, acui debet. ut: *Per, Ad, In, Fit, Pons, Mons, Est, Sunt*.

III. Omnis

III. Omnis disyllaba dictio, quæ priorem natura longam habet, sive cum, sive sine positione, sequente brevi; in priore circumflexi debet. ut: *æquus, cæna, huius, Troia, Maia, Miles, Nomen, Numen, æstrus, mæstus.*

IV. Omnis disyllaba dictio, quæ priorem natura brevem habet, in priore acui debet. ut: *bonus, parens, salus.*

V. Omnis disyllaba dictio, quæ priorem, tantum positione consonantium longam habet, in priore acui debet. ut: *Ferrum, Insons, Lucrum, Servo, Serpo, Perdo, Compos.*

VI. Omnis disyllaba dictio, quæ posteriorem vel natura vel positione longam habet, in priore acui debet. ut, *custos, anas, prudens, parens.*

7. VII. Omnis Polysyllaba dictio, quæ penultimam brevem⁷ habet, acuit antepenultimam. ut, *Dominus, Similis, Optimus, Pessimus.*

VIII. Omnis Polysyllaba dictio, quæ penultimam natura longam habet, sequente brevi, penultimam circumflexi postulat. ut: *amarus, Serenus, Homerus, Citharædus, æquævus.*

8. IX. Omnis Polysyllaba dictio, quæ penultimam positione tantum⁸ longam habet, aut naturam longam, sed longam ultimam sequente; penultimam acuit. ut: *externus, Sacerdos, Mæcenas, Imprudens.*

9. X. Encliticæ⁹ dictiones, tonum suum in præce-

S
precedentis di
labam ultim
Funt ergo ton
onis, alter
tergum en
ringo: D
fr. Dicitur

△
Tantum ha
pulative; Sec
junctiva.

*Scribitur

Rarò solent
moditatis gra

□ ACUTU

ne? illene? Ho

II. Differe
tur esse Comp
tur Præterit
riam Verbi P

Itaque, A dicitur
junctiva, præterit

□ GRAVI

dictionum In
nabilibus Scri

causa. ut:

Nom. A
Verus Ver
Tantum T
Dicitur Vocat.

Quod, Pronome
Quam, Pronome

præcedentis dictionis cui annectuntur, syllabam ultimam rejiciunt.

Fiunt ergò tunc duo Accentus, alter proprius dictionis, alter Enclitico ratione additus, & velut in tergum encliticæ reiectus, ut: *Vocémqve, Colóremqve Dóminúsqve. itáne? illéne? Hominémve. Déúmve.*

△ *Quæ dictiones sunt Encliticæ?*

Tantum hæ tres, ¹⁰ *Que, Ne, Ve*: prima Copulativa; Secunda Interrogativa, tertia Disjunctiva.

10.

† *Scribuntúrne Accentus Latinorum?*

Rarò solent scribi. Scribuntur tamen commoditatis gratia interdum.

□ ACUTUS. I. ante Encliticas. ¹¹ *ut: itáne? illéne? Hominémve, Déúmve, Dóminúsqve.*

11.

II. Differentiæ causa. *ut: ócido, ut notetur esse Compositum ex Cado. Cécidi, ut notetur Præteritum à Cado. Parere, ad differentiam Verbi Parère. itaqve Conjunctio, propter Itaqve, Adverbium Compositum. útiqve, Conjunctio, propter utiqve Verbum Compositum.*

□ GRAVIS. I. In ultimis Syllabis earum dictionum Indeclinabilium, quæ cum Declinabilibus Scriptura conveniunt, differentiæ causa. *ut:*

Nom.	Adverb.	Nom.	Adv.
Verius	Verius	Solum	Solum.
Tantum	Tantum	Male Vocat.	Malé
Docte Vocat.	Docté	Raro, Dat. vel Abl.	Rarò.
Quod, Pronomen			Quòd Conjunctio.
Quam, Pronomen,			Quàm, Adverb.

Sic

Sic, eò, adeò, ferè, unà, palàm, agè, ponè, licèt, & si
quæ sunt similia.

II. In *a* & *e*, & ultimis Præpositionum,
si sine casu ponuntur. ut: *a Deo. è lue.*

Longo post tempore. Iuxta æstimo.

Quæ supra sunt. Antè quàm venias.

III. In *Cùm* & *Tùm*: *Tàm* & *Quàm*: Post-
eà, Ideò, Idcirco.

12.

□ CIRCUMFLEXUS. I. Super syllabis
contractis, & in longum tempus coalitis, si ve
fiant ultimæ, si ve penultimæ, si ve sequatur¹²
ultima longa, si ve brevis. ut, *Deùm, Divùm,*
pro Deorum, Divorum: amàrim, amàssem, a-
màsset, amàsset.

II. Interdum differentiæ causa super Ab-
lativis in *A*. ut: *Syllaba natura longa.*

III. Rursus differentiæ causa super pe-
nultimis longis dictionum, quibus similes
dantur, sed penultima brevi. ut: *occido, ad dif-*
ferentiam verbi occido: Cecidi, ad differentiam
vs Cecidi: Parère, à Parco, ad differentiam vs
Parère, à Pario.

13.

IV. In quibusdam monosyllabis, etiam
ad differentiam. ut: *Hic, Qui, Quis, pro Qui-*
bus: ad differentiam Pronominum, Hic, Qui, &
Quis. Item in *o* particula Vocandi vel Excla-
mandi; & *Ergò* pro causa. Item, *Illic, Isthuc, Illuc,*
& similibus. quæ tamen Quintilianus¹³ non
omnia probat.

□ NOTA.

I. In universum illud notandum est, haudqua-
quam

SE
quidem esse Ac-
centum syllaba-
rum: ut: ut in
sed ex Regula septi-
polyllaba existit
II. Hac, quæ
quæ utum hoc
hodie, quando a
ratio non exiguat
vix inter Accurat
Sacris & Homi-
norum tamen
ex Regula 9. Ac-
dictiones in cot-
tur hodie, si ve ea
quidem lege aut
na. Sic Dissylla-
cimine elevatâ,
si ve brevis sit. Bon-
3. Circumflexum
debet. Ubi firmi-
Anquetta in his,
quæ pœteli, sed in
nuncandi animi
debet. Sed po-
nem cuiusque
introducit ratio ne
se recte habeant
C
DE
Pis est
syllabaram c
finita.

quam idem esse Accentum & Quantitatem: neque statim eam syllabam longam esse quæ accentu acuto proferitur. ut: ut *Dominus* acuitur, non quia longa est, sed ex Regula septima Tonorum, quoniam dictio ipsa, polysyllaba existens, penultimam brevem habet.

II. Hæc, quæ hactenus dicta sunt, magis Ideam, quam usum hodiè Tonorum continere. Nam ut hodiè, quando antiqva pronunciandi & enunciandi ratio non exignam partem amissa est, pronunciamus, vix inter Acutum & Circumflexum discernas. Nam *Sacerdos* & *Homerus*, eodem Tono vulgò efferri solent, quorum tamen hoc ex Reg. 8. Circumflexum: illud ex Regula 9 Acutum habere debet. Sic Monosyllabæ dictiones in contextu, Gravi tono plerumque efferuntur hodiè, sive eadem syllaba sit longa, sive brevis; non quidem lege aut ratione, sed introducta consuetudine. Sic Disyllabæ dictiones, priore syllaba sine discrimine elevata, vulgò proferuntur, sive ea longa sit, sive brevis, ut *Bonum*, *Donum*: quorū tamen hoc ex Reg. 3. Circumflexum; illud ex Reg. 4. Acutum habere debet. Ubi similiter Consuetudo Rationi prævalet. Atque ita in his *æxipetu* quidem cognosci, *æc* & *æc* potest: sed in praxi hodiè exprimi, sinceritate pronunciandi amissa, nō per omnia potest; neq; necessariò debet. Sed possumus communi illa, per consuetudinem cuiusque seculi, Doctorum comprobatione introducta ratione, hac in re contenti esse, modò cætera se rectè habeant.

CAPUT VI.

DE PEDIBUS.

† *Quid est Pes?*

Pes est ² dimensio dictionum, certis syllabarum contiguarum temporibus definita.

Inter-

1.

2.

NOTA.

Ud notandum est

Interdum etiam dicitur Metrum.

* Quot & Quotuplices sunt Pedes?

3. Pedes numero 3 viginti & octo, sunt duplices: Alii Simples, ut Disyllabi & Trisyllabi: alii Compositi, ut Tetrasyllabi.

* Quot sunt Pedes Disyllabi?

4. Quatuor. 1. Pyrrhichius⁴ u u Deus
 5. 2. Spondeus⁵ — — omnes
 6. 3. Iambus⁶ u — pios
 7. 4. Trochæus⁷ — u salvat.

* Quot sunt Pedes Trisyllabi?

8. Octo. 1. Tribrachys⁸ u u u Dominus
 9. 2. Molossus⁹ — — — è calis
 10. 3. Dactylus¹⁰ — u u respicit
 11. 4. Anapæstus¹¹ u u — homines,
 12. 5. Amphibrachys¹² u — u notatque
 13. 6. Amphimacrus¹³ — u — flammeis
 14. 7. Baccheus¹⁴ u — — ocellis
 15. 8. Antibaccheus¹⁵ — — u peccata.

† Quot sunt Pedes Tetrasyllabi?

Sedecim.

16. 1. Proceleusmaticus¹⁶ u u u u Hominibus
 17. 2. Dispondeus¹⁷ — — — — infinitas
 18. 3. Ionicus à minore¹⁸ u u — — meditat^{is}
 19. 4. Ionicus à majore¹⁹ — — u u in pectore
 20. 5. Dijambus²⁰ u — u — panurgias
 21. 6. Ditrochæus²¹ — u — u nulla profusus
 22. 7. Choriambus²² — u — — est requies.
 23. 8. Antispæstus²³ u — — u In hoc orbe

9. Epi-

è. Epitritus pri
 10. Epitritus sec
 11. Epitritus ter
 12. Epitritus qu
 13. Pæon prim
 14. Pæon secun
 15. Pæon terci
 16. Pæon quart

C

D

Versus est
 modo numero
 nem mensurat
 *
 Materialiter s
 Formaliter, Pe
 Subjective vel L

† De g

Partim de R
 sus capiat: par
 Regio requirat
 Dictiones a
 *
 Pæon est Syllab
 finia. Regio est
 duo ordine occ

DE PEDIBUS.

9.	Epitritus primus ²⁴	u---	beati sunt	24.
10.	Epitritus secundus ²⁵	-u---	pœnitentes	25.
11.	Epitritus tertius ²⁶	---u-	rectè. Sed	26.
12.	Epitritus quartus ²⁷	---u	nostra dia	27.
13.	Pæon primus ²⁸	-uuu	per merita	28.
14.	Pæon secundus ²⁹	u-u-u	Deus bone,	29.
15.	Pæon tertius ³⁰	uu-u	miserere	30.
16.	Pæon quartus ³¹	uuu-	miseria.	31.

CAPUT VII.

DE VERSU.

† Quid est Versus?

Versus¹ est legitima Pedum compositio, modo numeroq; definita, & per Scansionem mensurabilis.

* Quot sunt partes Versus?

Materialiter sunt Dictiones.

Formaliter, Pedes:

Subjectivè vel Localiter, Regiones.

† De quibus Partibus hic agitur?

Partim de Regionibus, quot quisque Versus capiat: partim de Pedibus, quem quæque Regio requirat.

Dictiones aliunde sunt petendæ.

* Quid differunt Pes & Regio?

Pes est Syllabarum certarum quantitas definita. Regio est locus, quem Pes quisque debito ordine occupat.

Ff

Sed

Sed sepè tamen etiam Regio, Pes appellatur, & Metrum.

△ *Quæ sunt discrimina Versuum?*

2. Varia sunt discrimina Versuum; ex quibus hæc quinque sunt præcipua. Primum, à numero Pedum, sive simplices capiantur, sive compositi, qui in hoc negotio, Metrorum nomine venire solent: Secundum, à Depositione: Tertium, à Pedibus ipsis: Quartum, à materia congruentia: Quintum ab Inventoribus, vel celebratoribus, vel etiam celebratis.

△ *Da primum discrimen à Pedum numero?*

Versuum alius est *Monometer*, qui unico constat pede:

alius *Dimeter*, qui duobus:

alius *Trimeter*, qui tribus:

alius *Tetrameter*, qui quatuor:

alius *Pentameter*, qui quinque:

alius *Hexameter*, qui sex.

△ *Quid vocas Depositionem?*

Definientiam Versus respectu pedum, quibus Versus constare debet, qui vel Syllabis æquantur, vel excessum aut defectum syllabarum habent.

△ *Da ergò discrimen à Depositione?*

Versuum alius est *Acatalectus*, alius *Catalectus*, alius *Brachycatalectus*, alius *Hypercatalectus*.

△ *Quid est Versus Acatalectus?*

Qui ultimum pedem, à quo denominatur, integrum habet sine excessu.

Quid

DE
△ *Quid*
Qui ultimum
ma syllaba dem

△ *Quid*
Qui ultimum
bet deficientem

Habet locum in
syllabi.

△ *Quid*
Qui supra
bam excedentem
permetur. *Sto*

△ *Quid*
Pedum rati
alii Trochaici,
alii Choriambi
specie pedum
pientes.

△ *Quid*

Materia rati
Heroici, quid
Carminum ge

△ *Quid*

Alii Phalacii
alii Glyconicia
De his etiam

* *Quid*
Ultime syllaba
Legibus soluta.

△ Quid est Versus Catalectus?

Qui ultimum pedem à quo denominatur, una syllaba deminutum habet.

△ Quid est Brachycatalectus?

Qui ultimum pedem duabus syllabis habet deficientem.

Habet locum in Pedibus Compositis seu Tetrasyllabi.

△ Quid est Versus Hypercatalectus?

Qui supra ultimum pedem, unam syllabam excedentem habet. Dicitur etiam Hypermeter. Scaligero Hypercatalectus.

△ Quomodo discernuntur Versus à Pedibus?

Pedum ratione, alii Versus sunt Iambici, alii Trochaici, alii Dactylici, alii Anapestici, alii Choriambici, alii Ionici &c. Semper à specie pedum frequentiorum nomen accipientes.

△ Quomodo discernuntur Versus ratione Materiae?

Materiae ratione, Versus quidam dicuntur Heroici, quidam Elegiaci &c. de quibus in Carminum generibus.

△ Quomodo ab Inventoribus &c. Versus dicuntur?

Alii Phalæcii, alii Sapphici, alii Adonici, alii Glyconici, alii Anacreontici &c.

De his etiam in Carminum generibus.

* Quid in genere de Versibus est notandum?

Ultimæ syllabæ cuiuscunque Versus, sunt Legibus solutæ.

CAPUT VIII.

DE CARMINE IN GE-
nere.

† Quid est Carmen?

Carmen est concinna Versuum in unum
systema congeries.

* Quomodo differunt Carmen & Versus?

Ut Totum & Pars. Carmen enim, ut To-
tum, constat ex pluribus Versibus, tanquam
partibus.

† Quomodo appellantur Carmina breviora,
a numero Versuum?

Aliud appellatur Distichon, quod duobus
constat Versibus: aliud Tetrastichon, quod
quatuor: Pentastichon, Hexastichon, Deca-
stichon, Hendecastichon, &c.

† Quomodo Græcis vocatur Genus
Carminis?

I. Metrum, ^ῥμέτρον. Sic Metrum aliud dici-
tur Iambicum, aliud Dactylicum, aliud Trochai-
cum, &c.

† Quot sunt usitata Genera Carminum?

Novem: Hexametrum Anapesticum, E-
legiacum, Iambicum, Adonicum, Sapphi-
cum, Phalæcium, Choriambicum, Glyco-
nicum.

Plura ad exemplum Lyricorum, possunt ab Adul-
tis, ex Horatio & aliis, proprio Marte addisci.

Dc

De Lyricis autem qualibus Pindarus usus est, consulantur Pindari Interpretes.

† *Quotuplicia sunt Genera Carminum?*

Duplicia: Simplicia & Composita.

† *Quid sunt Genera Carminum Simplicia?*

Sunt, quæ uno eodemque genere Versuum perpetuo deducuntur. ut, *Hexametrum, Phalacium, Iambicum, &c.*

† *Quid sunt Genera Carminum Composita?*

Sunt quæ diversis generibus Versuum deducuntur. ut: *Elegiacum, Sapphicum, & multa Lyrica.*

△ *Quomodo distinguuntur genera Carminum composita?*

Duobus modis: vel ex varietate Versuum, vel ex numero eorundem in Stropha.

△ *Quid vocas Stropham?*

Periodum certam diversorum generum, quæ absoluta ad primum genus reditur usque ad finem.

△ *Quomodo distinguuntur genera Carminum Composita ex Versuum varietate?*

Aliud vocatur Dicolon aliud Tricolon.

△ *Quid est Dicolon?*

In quo duo genera Versuum conjunguntur. ut: *Elegiacum, constans ex Hexametro & Pentametro. Sic Iambicum Senarium cum Quaternario. Sic Sapphicum, in quo post tres Sapphicos, unus Adonicus annectitur.*

Ef 3

Quid

△ Quid est Tricolon?

In quo tria genera Versuum conjunguntur, ut in Lyricis, Alcaicum & alia.

△ Quomodo distinguuntur Genera Carminum
Composita ex Versuum in Stropha numero?

2. Aliud est Distrophon, 2 aliud Tristrophon, aliud Tetrastraphon; ultra quod Pentastraphon rarissimum est.

△ Quid est Distrophon?

Quando duobus Versibus Stropha quæque finitur. ut Elegiacum.

△ Quid est Tristrophon?

Quando tribus Versibus Stropha quæque finitur. Exemplum habet Horatius lib. 3. od. 12.

△ Quid est Tetrastraphon?

Quando quatuor Versibus Stropha quæque finitur. ut in Sapphico & Alcaico: Item in multis Iambicis.

□ NOT A. In Lyricis Pindaricis paulò alia est ratio. Nam ibi *εροφή* & *ἀντιεροφή* se mutuò respiciunt, & eandem rationem habent: Epodus denique his subnectitur. Unumquòdque autèa numero *τῶν κάλων* seu Versuum appellatur, *εξάκωλον*, *επτάκωλον*, *ὀκτάκωλον*, *δεκάκωλον*, *ἐνδεκάκωλον*, &c. qua de re vide Pindari Interpretes.


† Quid est utilitas consuetudinis scribendi
Carmen?

3.
4. Multas habet utilitates consuetudo scribendi Carmen. Magnam enim copiam verborum 3 & Figurarum, & quandam etiam sublimitatem, ut Quintilianus 4 appellat, Oratori solute affert.

† Quid

† *Quid in scribendis Versibus Puro attendendum est?*

Hæc tria præcipue. I. Ob oculos quasi ponendus est Typus pedum seu metrorum illius Generis, quo placet uti. v. g. pro Hexametro.



Et sic pro cæteris.

II. Si vocabulum aliquod non congruat Carmini, aliud substituendum est Synonymum, vel cognatum, vel commoda periphrasi utendum. ut: Terra, *Tellus, Solum, Climatæ terra, Terrenus globus.*

Cælum, Æther, Polus, Sinuosa volumina cæli, Olympus, &c.

Mare, Frerum, Pontus, Pelagus, Salum, Alcum, Spacia vasta immensi pelagi, Neptunia regna &c.

III. Ad integrum Versum absolvendum, inquirentur Epitheta, i. e. Adjectiva, quæ substantivis differentia vel ornatus causa adjiciantur. ut:

Terra ferax, patiens aratri, infima &c.

Cælum stelliferum, excelsum, lucidum, &c.

Mare vastum, piscosum, profundum, immensum, velivolum, Navigerum, &c.

† *Quid in usu Epithetorum observandum?*

I. Uni Substantivo, unicum etiam addatur epitheton in carmine Latino, non duæ aut plura. ut. *Lurida terribiles miscent aconita No-verca,* Ff 4 nisi

5.

6.

nisi rei qualitas postulet. *ut: Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.*

7. II. Epitheta non sint otiosa, sed ex intima natura rei deprompta, & presenti sensui inservientia. *ut: Cælum Stelliferum: Tellus alma. Aëriæ volucres: Squamosi pisces: Pomifer Autumnus.*

III. Venustè collocantur Epitheta ante Substantiva, si commodè fieri potest, præfertim ita, ut quædam vicissitudine cum illis jungantur. *ut:*

Vectæ est frenato carula pisce Thetis.

IV. Nec minus habent gratiæ, quum per interjectas orationis partes à Substantivis separantur. *ut:*

*Clauda quod alterno subsidunt carmina versu.
Mollia secura peragebant otia gentes.*

Item quando epitheton versum inchoat, Substantivum claudit. *ut: Pulverulenta coquit maturis solibus æstas.*

Quæ collocationis forma etiam in binis versibus est longè venustissima. *ut:*

*Fertilis assiduo si non renovetur aratro,
Nil nisi cum Spinis gramen habebit ager.
Ovid.*

Sic: *Nigra velut magnas domini quum divitis
ædes*

*Pervolat, & pennis alta atria lustrat birundo.
Virg.*

△ *Quæ sunt præcipuæ Virtutes Carminis?*

8.9.

Quinqve: Diligentia, ⁸ Modestia, ⁹ Verborum

rum & sermo
& Concinnitas
tem dominari
videmus, quæ
bia, quæ Epitheta
veniant.

△
Etiam quæ
gligentia, ¹⁴
via, ¹⁵ Oblivio,
via, vel sonus

△
Variis, præter
I. Hiatu,
ut: Enn: —
sibi, sibi, sibi

II. Repetitione
syllabarum
rante, talis

III. Hæc
gram, Syllaba
ut:

Martius, ¹⁶
IV. Coarctatione
libarum ab in
habet, polebri

V. Sonoritate
ut:
Dum canis
sive in subaltr
Quod sibi quæ

rum & sermonis proprietas,¹⁰ Perspicuitas,¹¹ 10. II.
 & Concinnitas seu Svavitas.¹² in omnibus au- 12.
 tem dominari debet τὸ πρέπον, seu Decorum, ut
 videamus, qui Pedes,¹³ quæ Verba, quæ Adver- 13.
 bia, quæ Epitheta &c. rebus quàm maximè con-
 veniant.

Δ Quæ sunt Vitia Carminis?

Etiam quinque, Virtutibus contraria: Ne-
 gligentia,¹⁴ Tumor & arrogantia,¹⁵ Ἀνευλο- 14. 15.
 γία,¹⁶ Obscuritas seu ambiguitas,¹⁷ κακοΦω- 16. 17.
 νία, vel sonus ingrator.

Δ Quot modis committitur κακοφωνία?

Variis, præcipuè hisce novem.

I. Hiatu, vel concursu ingrato Vocalium.
 ut: Enn: — Omne sonabat Arbustum fremitu
 silvai frondosai.

II. Repetitione earundem literarum vel
 syllabarum. ut: O Tite, tute Tati tibi tanta ty-
 ranne tulisti.

III. Homæoptotis & Homæoteleutis,
 quum Syllabæ finales eodem modo cadunt.
 ut:

Mærentes, flentes, lacrimantes, ac miserantes.

IV. Coacervatione dictionum monosyl-
 labarum ab initio Versus: ut. At ni id fit, quid
 habet pulchri constructus aceruus?

V. Sono rhythmico, sive in eodem versu:
 ut:

Dum canis os rodit, socium quem diligit, odit.
 sive in subalternis: ut:

Quod sibi quisque serit presentis tempore vitæ.

Ff 5 Ipse

Ipsi mensis erit, quando audiet: Ite, Venite.

VI. Elisionibus nimis crebris & horridis.
ut: *Ille ego, qui edi ea quæ olim habui, indigeo omnibus iam unus.*

VII. Elisionibus, quæ in primam Versus syllabam, vel in ultimum eius pedem cadunt. ut:

————— *Tam cernis autum,*
Quam aut Aquila, aut serpens Epidaurius & c.
Loripedem rectus derideat, Ethiopem albus.

VIII. Trisibibus durioribus. ut in illo Ennii.
Telo Transegit corpus, saxo cæres cõmnuit brum.

Sic: *Deficiente pecus deficit omne nia.*

IX. Cæsura neglectu. ut:

Nuper quidam doctos cæpit scribere versus.
Romæ mania terruit impiger Hannibal armis.

NOTA. Hæc omnia tamen possunt locum in Carmine habere, si cum iudicio pro materia subjecta qualitate, tempestivè & commodè, & parcè usurpentur.

CAPUT IX.

DE HEXAMETRO.

* *Quid est genus Carminis Hexametrum?*

Est quod constat meris Versibus Hexametris.

† *Quomodo aliàs vocatur?*

Vocatur aliàs Heroicum, quod eo genere gesta & virtutes Heroum, h. e. Regum Ducumq; fortia facta conscripta sint. Item ἥρωες.
Unde

Unde Epici P
mata sua c

Et qui cor
quorum pri
cipiunt Spor
re solum Da
Trochæum.

Ultima eni

—uu—

Omnia conar

Quo me tuu

pa

† Sempè

Nonni

quando re

ingens me

le declarau

Chora Deim

tu

Consiunt, atq

spe

Solet in h

ius

Tales

Δ Nolite p

Virgilius

ta regione ut

Græcia la- u


Unde Epici Poetae dicti, qui hoc genere poemata sua conscripserunt.

* Quid est Versus Hexameter?

Est qui constat sex metris seu regionibus, quorum priores quatuor sine discrimine recipiunt Spondeum vel Dactylum: quinta, ferè solum Dactylum: sexta, Spondeum vel Trochæum.

Ultima enim syllaba in quovis Versu est libera.

† Da typum Hexametri?



Omnia conando docilis solertia vincat.
Quo me cunque vocat Ios vab, sequar usque
vocantem.

† Sempèrne Quinta regio Dactylum habet?

Nonnunquam etiam Spondeum habet, quando rei alicuius gravitas & amplitudo, vel ingens mœror, animiq; angor, vel aliud simile declaratur. ut:

Chara Deum soboles, magnum Iovis incrementum.

Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit.

Solet in hoc casu, in quarta regione Dactylus poni.

Tales Versus dicuntur Spondaici.

Δ Nulline pedes præter Dactylum & Spondeum, Hexametrum ingrediuntur?

Virgilius interdum etiam in prima & quinta regione usus est Proceleusmatico. ut: 5. Æn.
Genua læUUUU bant.

Ei

CARMINE

quando aufer: In; Vene
is nimis crebris & horru
e a qre olim habita; p
uuu.

bus, quæ in primam
ultimam eius pedan

Tam curia autem,
aut serpens Epilam
deridat, Et longin
rioribus, ut in lib
saxo cetero cõmman
deficit omne ma
lectu. ut:

cepit scribere tip
impiger Hamula
a tamen possunt
cum iudicio pro
tempellivè de con
ur.

T IX.

AMETRO

minis Hexametrum
neris Versibus Hæm

aliàs vocatur?
oicum, quod eo p
oum, h. e. Regni
scripta sunt. Ica
Dd

Et II. *Æn.* Arietat 0000 in portas. Et 2. *Æn.*

————— Labat ariete 0000 crebro Ianua.

Et 7. *Æn.* — Hic ariete 0000 caso.

Et 12. *Æn.* — Imos pulsabant arietē 0000
muros.

Et 3. *Ecl.* Tityre pascentes à flumine rejice
cas 00000 pellas.

Rarò Anapæsto. ut: *Ecl.* 3.

Fluvio 000 — rum Rex Eridanus camposq;
per omnes. *Horat.* l. 2. ep. ult: Vehemens 00 —
& liquidus, p̄uroq; simillimus amni.

Sed solent tamen hæc etiam ita excusari, ut
j & v Consonantes factæ, Dactylum ex Pro-
celeusmatico, & Spondeum ex Anapæsto faci-
ant. ut:

Genvalat 000bant. Arjetat — 00 in portas.

Sic Arjete, — 00 Fluvjot — rum Rex.

Pro Rejice cas 00000 pellas, scandunt Reice cas
— 00 pellas.

Sic *Juven:* sat. 8. Equa ubi libertas, communia u-
bi pocula, lectus, &c. Communja tribus
Syllabis.

Veletiam ἰσοδωαῦτα interdum concedenda, ut
Vehemens 00 — pro — 00.

Δ Quod est præcipuum ornamentum Hexametri?
Cæsura.

Δ Ubi debet esse illa Cæsura?

Competit Cæsura cuique regioni. Et quò
plures Cæsuras habet Versus, eò venustior &
jucundior est. Ad minimum autem Cæsura
oportet esse in tertia vel quarta regione;
qua si caret Versus, planè ineptus est, & nullius
ferè gratia. ut: Omnia

Omnia con-

Hic

Fama ma

Hic in

† Super

la

Versus ta

syllabam ve

Diphthong

scere posse

Omnia Me

Et

Su 1. Georg.

Aut

□ Oportet

ali vel Dipht

manentem si

etiam in M

Versus possit

humor aut fa

† Quid

I. Ne o

ban, NIS

juret. ut:

— Pœbe

Mavera fun

1. Vel præc

Principib

3. Vel Mono

— Non con

Omnia conando docilis solertia vincit,

Hic in tertia & quarta regione Cæsura est.

Fama maius quo non aliquid velocius ullum.

Hic in secunda & quarta regione Cæsura est.

† *Supereſt interdum in fine Hexametri una Syllaba, quæ de ea sentiendum eſt?*

Versus tales dicuntur Hypermetri. Ipsam syllabam verò remanentem, cum Vocali vel Diphthongo initiali sequentis Versus coalescere posse necesse est. ut:

Omnia Mercurio similis, vocemq;, coloremq;,

Et flavos crines.

Sic I. Georg. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,

Aut foliis undam tepidi despumat abeni.

□ Oportet ergo semper sequentem Versum à Vocali vel Diphthongo incipere; ipsamq; Syllabam remanentem similiter in Vocalem vel Diphthongum, vel etiam in M exire, ut coalescere cum initio sequentis Versus possit. ut: *Colorémq; Et flavos crines.* Sic *Decoquit humor' aut folijs, &c.*

† *Quid in Carmine Hexametro præcipue vitandum eſt?*

I. Ne desinat in dictionem Monosyllabam, NISI, I. vel ipse accentus non nihil adjuvet. ut:

— *Phæbo sua semper apud me*

Munera sunt.

2. Vel præcedat altera Monosyllaba. ut:

Principibus placuisse Viris non ultima laus est.

3. Vel Monosyllaba sit Enclitica. ut:

— *Non omnes eadem mirantur amantque.*

4. Vel

4. Vel sit nomen Animalis quadrupedis. ut:

————— Procumbit humibos.

————— Sub ilicibus sus.

——— Canis immundus, vel amica lato sus. Hor.

——— Hac lutulenta ruit sus. Hor. 2. ep. 2.

————— Somno opprimitur glis.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Hor.

II. Ne desinat in tres vel quatuor dictiones disyllabas. ut: *Semper ut inducar, blandos offers mihi vultus.*

III. Ne facillè finiatur dictione quadrisyllaba. ut: *Augescent alia gentes, alia minuentur.* Lucret.

Nisi sit nomen Proprium. ut, *Amphion Dirceus in Aëteo Aracyntho.* 2. Ecl. Vel Versus sit Spondaicus. ut: *Chara Deum soboles, magnum Iovis incrementum.*

VI. Pentasyllaba quoque in fine, quantum fieri potest, vitanda sunt.

CAPUT X. DE ANAPÆSTICO.

† Quid est genus Anapæsticum?

Quod constat versibus Anapæsticis.

† Quid est Versus Anapæsticus?

Qui primis duabus regionibus admittit Anapæstum vel Spondeum; tertiâ tantum Anapæstum cum syllaba remanente.

Da

† *Da typum Versus Anapæstici.*

I 2 3
 UU— UU— —
 — — UU—
 — — U

*ut: Iam mæsta quiesce quærela:
 Lacrimas suspendite matres.
 Veniant modo tempora iusta.*

CAPUT XI.

DE ELEGIACO.

* *Quid est genus Elegiacum?*

In quo Hexameter & Pentameter alternatim ponuntur.

† *Unde dicitur Elegiacum?*

Ab ἔλεγε, quod idem est atque *Heu Hen*, & λέγω, dico. Nam Elegia, lugubre carmen olim significabat. Sed postea coepit ad Amatoria & quasvis materias alias accommodari. Hinc Horatius in *Arte: Versibus impariter junctis Quærimonia primum,*

Poëst etiam inclusa est voti sententia compos.

* *Quid est Versus Pentameter?*

Est qui habet quinque pedes. † Et dividitur in duo hemistichia, quorum prius, in duabus regionibus admittit Spondeum vel Dactylum, remanente syllaba longa, quæ est quinta regionis prior semipes: posterius recipit duos Dactylos, itidem remanente una syllaba vel longa vel brevi, quæ est altera semipes

semipes, & cum priore constituit Spondeum
vel Trochæum quintæ regionis.

* *Da typum Pentametri?*

1	2		3	4	—
—	—		—	—	—
			—	—	—
—	—		—	—	—
—	—		—	—	—

Vulgus amicitias utilitate probat.

A Cane non magno sæpè tenetur Aper.

† *Quid in Elegiaco præcipuè observandum?*

I. Apud Latinos Hexameter cum Pentametro, quantum fieri potest, perfectam sententiam, vel certè integrum Colon absolvat, ne Verbum aliquod in tertium usque Versum temerè rejiciatur.

II. In Pentametro prius hemistichium dictionem finiat. Vitiosa enim est utriusque Hemistichii per eandem vocem connexio. *ut: Catull. Munera quæ & Musarum hinc petis & Veneris. Nisi ob singularem emphasin id fiat.*

III. Neutrum Hemistichium commodè desinit in Monosyllabum, nisi vel aliud monosyllabum præcedat, vel Elifio asperitatem prononciationis mitiget. *ut:*

Magna tamen spes est in bonitate Dei.

Premia si studio consequar ista, sat est.

Invitis oculis litera lecta tua est. Ov. 1. Pont. 10.

IV. Pentameter optimè clauditur vocibus disyllabis. *ut:*

Tempo-

Tempora si fuerint nubila, solus eris. Ovid.

Flectitur iratus voce rogante Deus. Ovid.

Minus bene trisyllabis. ut:

Quolibet ut saltem rure frui liceat. Ov. l. P. 9.

Exempla sunt apud Ovidium perrara. Sed Tibullus & Propertius minus a Trisyllabis absterent. Græci quoque ijs crebro utuntur.

Pecius tetrasyllabis. ut:

Unda simul miserum vitæq; destituit.

Qui fuit, & dubitas cetera perlegere.

Nisi sint propria, ut: Interdicta mihi cernitur Italia.

V. In fine Pentametri absterendum a Participiis in NS.

CAPUT XII.

DE IAMBICO.

† Quid est genus Iambicum?

Quod constat Versibus Iambicis.

† Quid est Versus Iambicus?

Est qui in locis imparibus, Iambum, Spondeum, rarius Dactylum, Anapæstum aut Tribrahyn: in paribus autem Iambum, vel Tribrahyn recipit, præter ultimum, qui Iambum vel Pyrrhichium habet.

Imparia, 1 3 5 7 — Paria, 2 4 6 8.

† Unde dicitur Iambicus?

A pede Iambo, qui in hoc genere maxime dominatur. Et quo plus Iamborum habet, eo venustior est Versus.

Gg Quot

† Quot sunt species Versus Iambici?
Tres: Quaternarius, Senarius, & Octonarius, qui ratione distodice, dicuntur etiam, Dimeter, Trimeter, Tetrameter.

† Quid est Iambicus Quaternarius?
Qui quatuor constat regionibus seu pedibus.

† Da typum Quaternarii?

I	2	3	4
U—	U—	U—	U—
—	UUU	—	UU
UUU		UUU	
—UU		—UU	
UU—		UU—	

O lux beatā Trinitas,
Et principalis unitas,
Iam Sol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.

† Quid est Iambicus Senarius?
Qui sex constat regionibus seu Pedibus.

† Da typum Senarii?

1	2	3	4	5	6
U—	U—	U—	U—	U—	U—
—	UUU	—	UUU	—	UU
UUU		UUU		UUU	
—UU		—UU		—UU	
UU—		UU—		UU—	

Obsequium amicos, Veritas odium parit.
Fortuna multis parcere in pœnam solet.

ΔNOTA. Interdum in sexta regione est Spondeus vel Trochæus. Et tunc Versus illi

illi appellantur *Scanzones vel Choliambi, i.e. q. claudicantes* : & in quinta regione semper Jambum postulant.

† *Quid est Iambicus Octonarius?*

Qui octo constat regionibus seu pedibus.

† *Da typum Octonarii?*

I	2	3	4	5	6	7	8
U—							
—	UUU	—	UUU	—	UUU	—	UUU
UUU		UUU		UUU		UUU	
UU—		UU—		UU—		UU—	
—UU		—UU		—UU		—UU	

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.

Ex proximi periculo cognosce quae fugienda sint.

CAPUT XIII.

DE ADONICO.

* *Quid est genus Adonicum?*

Quod constat solis Versibus Adonicis.

† *Quid est Versus Adonicus?*

Est Versus duabus constans regionibus, quarum prior habet Dactylum, posterior Spondeum.

† *Da typum Versus Adonici?*

I	2
—UU	—
	—U

68 2

56

*Sis mihi praesens
Rebus in arctis
Christe Redemptor.*

† Unde dicitur Adonicus?

Ab Adonide, in cuius threnis hoc genere utebantur.

CAPUT XIV. DE SAPPHICO.

† Quid est genus Sapphicum?

Quod constat tribus Versibus Sapphicis, cum annexo Adonico.

† Quid est Versus Sapphicus?

Est Versus pentameter, in prima, quarta, & quinta regione recipiens Trochæum; in secunda Spondeum; in tertia Dactylum.

† Da typum Sapphici?

1	2	3	4	5	
— u	— —	— u u	— u	— u	—

*Nemo confidat nimium secundis,
Nemo desperet meliora, lapsus.*

In integro systemate ita typus est:

1. — u — — — u u — u — u

2. — u — — — u u — u — u

3. — u — — — u u — u — u

— u u — —

*Integer vita scelerisq; purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravidâ sagittis
Fusce pharetra.*

Unde

† Unde dicitur

A Sappho Poet

† Quid est p

Habere Calu

ms. ar:

Inter ger

Non es

Nec ve

CA

DE

† Quid

Quod constat

† Quid est

Est Versus Pen

regione Sponden

in reliquis tribus

† D

1 2

— — u u

Servare volens

Et tristis animi

Nallite facias

Gaudios mihi

Δ Nota. In p

chaus vel lambus

Aris — u da mo

Meu — esse alie

Catullus etia

interdum usurpat

immandum, ut: Ep

† Unde dicitur Versus Sapphicus?

A Sappho Poetria Lesbîa, inventrice.

△ Quæ est præcipua virtus Sapphici?

Habere Cæsuram in initio tertiæ regionis. ut:

Interger vi/ta.

Non eget Mauri.

Nec venenis.

CAPUT XV.

DE PHALÆCIO

† Quid est genus Phalæcium?

Quod constat Versibus Phalæciis.

† Quid est Versus Phalæcius?

Est Versus Pentameter, habens in prima regione Spondeum, in Secunda Dactylum, in reliquis tribus Trochæum.

† Da typum Phalæcii.

1 2 3 4 5
 --- -UU -U -U -U

*Si vitare voles acerba quædam,
 Et tristes animi cavere morsus,
 Nulli te facias nimis sodalem;
 Gaudebis minus & minus dolebis.*

△ NOTA. In prima regione etiam Trochæus vel Iambus locum habere potest. ut:

Ariz -U da modò pumice expositum.

Meas U - esse aliquid putare nugas.

Catullus etiam in secunda, pro Dactylo interdum usurpat Spondeum; quod non est imitandum. ut: Epigr. 52.

Gg 3 Oramus

Oramus si — — *fortè non molestum est.*
Famellas oq — — *mnnes amice prendi.*
Si linguam clau — — *so tenes in ore.*
Verbosagaur — — *det Venus loqvela.*
Non custos si — — *ingar, ille cætum.*
Et multis lans — — *gvoribus perefus.*

† *Unde nomen habet?*

Ab autore & inventore Phalæco.

† *Quomodo aliàs appellatur?*

Hendecasyllabum, ab undecim syllabarum numero. *Quod nomen etiam Sapphico tribui posset.*

CAPUT XVI.

DE CHORIAMBICO.

† *Quid est Choriambicum?*

Quod constat Versibus Choriambicis.

† *Quid est Versus Choriambicus?*

Est versus tetrameter, habens in prima regione Spondeum; in secunda & tertia Choriambum, & in quarta Jambum.

† *Da typum Choriambici?*

1 2 3 4
 — — UU — — UU — U =

Inventor rutili dux bone luminis,
Qui certis vicibus tempora dividis.

† *Unde dicitur Versus Choriambicus?*

A pede præcipuo Choriambo.

† *Quomodo aliàs appellatur?*

Asclepiædeus, ab Asclepiæde celebratore.

CAP.

3.

† *Quid est Scansio per Monopodiam?* 3

Est quando singuli Pedes simplices, disyllabi vel trisyllabi, in singulas dimensiones computantur.

† *Ubi utimur Scansione per Monopodiam?*

Latini ea in omnibus generibus Carminum propriè utuntur; & inde etiam à numero Pedum Versus nominant. Dimetros, *qui habent duos pedes Pedes simplices*: Trimetros, *qui tres*: Tetrametros sive Quaternarios, *qui quatuor*: Pentametros, *qui quinque*: Hexametros seu Senarios, *qui sex*: Octametros, seu Octonarios, *qui octo*.

4.

† *Quid est Scansio per Dipodiam?* 4

Est quando bini pedes simplices disyllabi, h. e. singuli tetrasyllabi, pro una dimensione computantur.

† *Ubi utimur Scansione per Dipodiam?*

Imitatione Græcorum, usus eius etiam apud Latinos est in Iambicis & Trochaicis. Quin & à numero Dipodiarum, Versus more Græcorum nominantur, Dimetri, *qui duas habent dipodias*; Latinis Quaternarii: Trimetri, *qui tres*; Latinis Senarii: Tetrametri, *qui quatuor*; Latinis Octonarii.

CAPUT XIX.

DE CÆSURA.

* *Quæ in Scansione præcipuè sunt attendenda?*

Duo: Cæsura & Elisiones.

Quid

* Quid est Cæsura? 1

Est certa quædam dictionum per Pedes in Versu interfectio, ita ut ultima syllaba novum pedem inchoet.

1.

† Quot sunt species Cæsura?

Quatuor: Semiternaria, ² Semiqvinnaria, Semiseptenaria, Seminovenaria.

2.

† Quid est Cæsura Semiternaria?

Quando post unum pedem integrum, syllaba remanet dictionem finiens. ut:

*Fama maolum, quo non aliud velocius ul-
lum.*

† Quid est Cæsura Semiqvinnaria?

Quando post duos pedes integros syllaba remanet dictionem finiens. ut:

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

† Quid est Cæsura Semiseptenaria?

Quando post tres pedes integros syllaba remanet dictionem finiens. ut:

*O passi graviora, dat bit Deus his quoque
finem.*

† Quid est Cæsura Seminovenaria?

Quando post quatuor pedes integros Syllaba remanet dictionem finiens. ut:

*Inde genus durum sumus experiensq; ma-
lorum.*

† Da Versum in quo sunt omnes

Cæsurae?

*Ille laetus nivesum, molli fultus hyacin-
tho. Virg.*

*Perq; gradus, uterum, perq; humerosq;
manusq;. Ovid. 2. Met.*

Gg 5

Que

Quæ sunt præcipua inter has species Cæsura?

Semiqvinaria & Semiseptenaria. Ultraque maximè decet Hexametrum: Semiqvinaria, Pentametrum, Iambicum & Sapphicum. ut:

Omnia conando docilis solertia vincit.

Veni Redemptor Gentium.

Obsequium amicos, Veritas odium parit.

Vulgus amicitias utilitate probat.

Dicimus grates tibi summe rerum Conditor,

&c.

△ Quid efficit Cæsura?

Duo præcipuè. I. Versui conciliat gratiam & suavitatem, dum voces aptè inter se connectit. II. Syllabam brevem interdum producit, in omnibus quidem speciebus, sed sæpiùs in Semiqvinaria. ut:

Pleias, Hyadas, clarâq; Lycæonis Arcton:

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Ostentans artem pariter arcumq; sonantem.

Ille latus niveum molli fulsitus hyacintho.

CAPUT XX.

DE ELISIONIBUS.

** Quid est Elisio?*

Est Vocalis aut Diphthongi: vel etiam *rs* M cum Vocali præcedente, in fine dictionis, ante Vocalem vel Diphthongum initialem sequentis in Versu dictionis, inter scandendum ejectio.

** Fitne talis Elisio semper?*

Utplurimum fit. Rariùs non fit. Fit autem

tem

ut, vel per Sy

† Non fit, n

Synalæp

phthongus fir

phthongum i

scandendo di

Non facile e

In scandendo

Ethlipis

Vocali præce

lem vel Diph

ut:

Audendum est

In Scandendo

△ Not a

tem initialem

cali præceder

Ene: Spernit

am.

Et, Arboribus

In Scandendo

ram.

†

Hiatus est, c

gus, vel M cum

am, alia Voc

ut:

Ter sunt cona

Et succus pec

Insigni: a fer

tem, vel per Synalœphen, vel Ecthlipsin.

† Non fit, per Hiatum.

* Quid est Synalœphe?

Synalœphe¹ est, quum Vocalis vel Diphthongus finalis, ante Vocalem vel Diphthongum initialem sequentis dictionis, in scandendo dissimulatur vel obliteratur. ut:

Non facile est æqua commoda mente pati.

In scandendo legendum, Non facil' est &c.

* Quid est Ecthlipsis?

Ecthlipsis² est, quum M in fine, unâ cum Vocali præcedente, in scandendo ante Vocalem vel Diphthongum initialem eliditur. ut:

Audendum est: fortes adjuvat ipse Deus.

In Scandendo legendum, Audend' est, &c.

△ N O T A. Veteres etiam ante Consonantem initialem, elidebant S finale solum,³ Vocali præcedente brevi servata. ut:

Enn: Spernitur Orator bonus, horridus Miles amatur.

Et, Arboribus veteres decidere falcibus ramos.

In Scandone legendum, Horridu' miles: Falcibu' ramos.

† Quid est Hiatus?

Hiatus⁴ est, quando Vocalis aut Diphthongus, vel M cum illis, in fine non eliditur, etiam si alia Vocalis vel Diphthongus sequatur. ut:

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. Virg.

Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Virg.

Insignita ferè sunt millia militum octo. Enn.

Estné

† *Estne hic Hiatus ubiq̄ue concessus?*

5. Non temere quilibet sibi arroget, quod Magni Poetae gravi consilio fecerunt. Pathericæ tamen Exclamationes monosyllabæ, citra elisionem tutò usurpari possunt, imò debent. ut:

*O utinam tunc, quum Lacedæmona classe pe-
tebat.*

*O & præsidium & dulce decus meum. Hor.
Heu, ubi pacta fides. Ov. 3. Fast.*

Hactenus de Partibus Gram-
maticæ Simplicibus. Seqvuntur
Figuræ earundem.



DE ELI-

DE H
SIN
P

† Est formal
Eya novata,

† Quadruplices
Erymologica,

DE H

† Quæ ipsa
literæ aut Sylla
Permutatione,

† Duodecim

thes, Diplasiaf
pocope; Synæze
thes; Imelis.

He omnes
plumæ,

DE FIGURIS SINGULARUM

PARTIUM

Grammaticæ.

† *Quid est Figura Grammatica?*

Est forma loqvendi aut scribendi, arte aliqua novata.

† *Quotuplices sunt Figure Grammaticæ?*

Quadruplices: Orthographicæ, Profodicæ, Etymologicæ, & Syntacticæ.

CAPUT I.

DE FIGVRIS ORTHOGRAPHICIS.

† *Quas vocas Figuras Orthographicas?*

Quæ ipsam substantiam vocis variant, literæ aut Syllabæ Additione, ¹ Ablatione, ² Permutatione, ³ vel Translocatione. ⁴

1. 2.

3. 4.

† *Quot sunt Figure Orthographicæ?*

Duodecim: Prosthesis, Aphæresis; Epenthesis, Diplasiaismus, Syncope; Paragoge, Apocope; Synæresis, Diæresis; Metathesis, Antithesis; Tmesis.

Hæ omnes communi nomine vocantur Metaplasimus. 5.

Quid

5.

† Quid est Prosthesis?

6. Prosthesis⁶ est additio literæ vel syllabæ, ad initium dictionis. ut, *Gnatus*, pro *Natus*. *Tetuli*, pro *Tuli*.
- † Quid est Aphæresis?
7. Aphæresis⁷ est interpositio literæ vel syllabæ, à principio dictionis. ut, *Temnere*, pro *Contemnere*.
- † Quid est Epenthesis?
8. Epenthesis⁸ est interpositio literæ vel Syllabæ, in medio dictionis. ut, *Trabea*, pro *Traha*. *Siet*, pro *Sit*.
Induperator, pro *Imperator*. *Navita*, pro *Nauta*.
- † Quid est Diplasiasmus?
9. Diplasiasmus⁹ est unius eiusdemq; Consonantis in medio dictionis geminatio. ut: *Relligio*, *Relliquia*, *Repperit*, pro *Religio*, *Reliquia*, *Reperit*.
- † Quid est Syncope?
10. Syncope¹⁰ est ablatio literæ vel syllabæ, è medio dictionis. ut, *Dixi*, pro *Dixisti*; *Vixet*, pro *Vixisset*; *Valdè*, pro *Validè*: *Audacter*, pro *Audaciter*: *Repostus*, pro *Repositus*.
- † Quid est Paragoge?
11. Paragoge¹¹ est additio literæ vel Syllabæ, ad finem dictionis. ut: *Dicier*, pro *Dici*.
12. Dicitur & Prosparalepsis.¹²
- † Quid est Apocope?
13. Apocope¹³ est ablatio literæ vel Syllabæ, à fine dictionis. ut, *Dic*, pro *Dice*: *Fac*, pro *Face*: *Nihil*, pro *Nibilum*.

Aliquan-

Δ Aliquand
currunt. ut, *Vin
dine?*

Synæresis¹⁴
barum in unan
pro *Tbeset*.

Dici

Diatresis¹⁶
duas. ut, *Aula
pro *Stravis*. Sol*

V

†

Metathesis¹⁷
I pra, pro *Prai*.
via, pro *naç* dia

Antithesis¹⁸
ut, *Olli*, pro *TH*
pro *Optimus*.

Allo

Timetis¹⁹ est
i. En.

Quæ me cunq;ve
; *Georg*. *Septim*

† Dic. *Versus*
Præteriti apponit
Synopa de medio

△ Aliquando Syncope & Apocope concurrunt. *ut, Vin' pro Visne? Audin' pro Audisne?*

† Quid est Synæresis?

Synæresis¹⁴ est contractio duarum syllabarum in unam, *ut, Negoti, pro Negotii; i hesi, pro Ihesei.* 14.

Dicitur & Episyndalophe. 15.

† Quid est Diæresis?

Diæresis¹⁶ est distractio unius syllabæ in duas. *ut, Aulai, Aquai, pro Aula, Aque. Suavis, pro Spavis. Soluendus, pro Solvendus.* 16.

Vocatur & Dialysis. 17.

† Quid est Metathesis?

Metathesis¹⁸ est literarum transpositio. *ut, I pra, pro Prai. Græcis est frequentior. ut negadica, pro nagodia.* 18.

† Quid est Antithesis?

Antithesis¹⁹ est literæ pro litera positio. *ut, Olli, pro Illi. Servos, pro Servus. Optimus, pro Optimus. Magè, pro Magis.* 19.

Alio nomine Antistæchon. 20.

† Quid est Tmesis?

Tmesis²¹ est dissectio vocis compositæ. *ut: 1 En.* 21.

Quæ me cunque vocant terræ. pro Quæcunque. 3. Georg. Septem subjecta trioni pro Septentrioni.

† Dic Versus memoriales de his duodecim Figuris.

Prosthesis apponit capiti; sed *Aphæresis* aufert. *Syncopa* de medio tollit; sed *Epanthesis* indit.

Consona

Consona quòd gemina in medio est, dat *Diplasis-
mus*.

Aufert *Apocope* finem; sed dat *Paragoge*.

Dicitur è binis conflare *Synarexis* unam.

Rursus at in binas diffilare *Diarexis* unam.

Litera si legitur transposita, *Metathesis* extat.

Antithesis dices, aliam si litera mutar.

Compositæ vocis dissectio, *Tmesis* habetur.

CAPUT II.

DE FIGURIS PROS-
odicis.

† *Quæ sunt Figure Prosodice?*

Quæ tempus seu quantitatem alicuius syl-
labæ variant.

† *Quot sunt Figure Prosodice?*

Tres: *Systole*, *Diaſtole*, & *Synizeſis*.

† *Quid est Systole?*

1. *Systole* est correptio ſyllabæ natura lon-
gæ, ut:

*Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
pro, tulerunt.*

*Obstupui, steteruntq; comæ, vox faucibus
hæsit.*

† *Quid est Ecclasis?*

2. *Ecclasis* est productio ſyllabæ natura bre-
vis, ut: *itãliam fato profugus, pro itãliam fa-
to, &c.*

Dicitur & *Diaſtole*. 3

† *Quid est Synizeſis?*

4. *Synizeſis* est confectus duarum ſylla-
barum

horum in unam.

† *Die Verſe*

Corripit, ut

Etas is it alian

Bina Synizeſi

CA

DE F

† *Verſe*

Quæ dictione

ratione abducit

gnificatione ali

† *Verſe*

Tres: *Enallage*

mus.

† *Verſe*

Enallage est

pro Parte ponitur

dente.

† *Verſe*

Duz: *Antimeria*

† *Verſe*

Antimeria est

pro altera ponitur.

Populum late reg

Vile spum cuiusque

Antimeria se manum

barum in unam. ut : *ālvēo*, duabus Syllabis.

† *Dic Versus memoriales de his tribus Figuris.*

Corripit, ut *stetērunt*, longandam *Systola* vocem.

Ectasis italiam producit corripendam.
Bina *Synizesis* Vocalia cogit in unum.

CAPUT III.

DE FIGURIS ETIMOLOGICIS.

† *Quæ sunt Figurae Etymologicae?*

Quæ dictionem à Simplici Etymologiae ratione abducunt, & aut formatione aut significatione aliam faciunt.

† *Quot sunt Figurae Etymologicae?*

Tres : *Enallage*, *Hellenismus*, *Archaismus*.

† *Quid est Enallage?*

Enallage est, quando vel pars orationis pro Parte ponitur, vel *Accidens* pro *Accidente*.

† *Quot sunt Species Enallages?*

Duæ : *Antimeria*, & *Heterosis*.

† *Quid est Antimeria?*

Antimeria est, quum una pars orationis pro altera ponitur. ut :

Populum latè regem : pro, regnantem.

Velle suum cuique est : pro, *Voluntas sua*.

Aneas se matutinus agebat : pro, *mane*.

Hb

Agnosco

Agnosco libens: pro libenter.

Quid (malum) bone vir mihi narras? ubi Malum Interjectionis vim habet.

† *Quid est Heterosis?*

3. Heterosis³ est, quando Accidentia aut Attributa partium orationis inter se permutantur. ut:

Arte Plato; Vita Cato; Tullius ore. Hic Propria pro Appellativis ponuntur, pro, Vir doctissimus, gravissimus & eloquentissimus.

Pro salute Virum. i. e. fortem. Substantivum pro Adjectivo.

Hostis habet muros. pro, Hostes habent. Singularis pro Plurali.

Id genus alia. pro, Eius generis. Casus pro Casu.

Per duodena regit mundi Sol aureus astra. pro, per duodecim; Distributivum pro Cardinali.

4. Δ Frequens Enallage, sive Heterosis Modi est, quum in narrando⁴ Infinitivus pro Imperfecto Indicativi usurpatur. ut:

Facile omnes perferre ac pati. pro, perferrebat ac patiebatur.

5. Δ Species etiam Heteroseos est Antiptosis, quando Casus pro Casu ponitur. ut:

Populo ut placerent, quas fecisset fabulas. pro, fabule.

Urbem quam statuo, vestra est. pro Urbs.

† *Quid est Hellenismus Etymologicus?*

6. Hellenismus⁶ seu Gracismus in Etymologia

ignest, quum Nore flectuntur. mias. pro Familia. alus. pro Hyades.

† *Quid est A*

Archaismu

Autores dictionarum exoletas. Tit. pro diei, Tur; gifera.

† *Qua*

Que car muni & simplic

† *Quo*

Decem: Ex

rales; Ellipsis, Pl

chaismus.

Set speciales

lepis. Synecdoche

FIGURE SYNTA

† *Quo*

Ellipsis est. qu

gram sentum & co

eleganter omilla est

Ingram salatis. se

A Crucis (die) ad

H

ETYMOLOGICIS.

logia est, quum Nomina Latina, Græcorum more flectuntur. ut: *Auras pro Aure: Familias, pro Familia: Pallada, pro Palladem: Hyadas, pro Hyades.*

† Quid est Archaismus Etymologicus?

Archaismus in Etymologia est, quum Autores dictiones exoletas, aut formationes earum exoletas, pro usitatis ponunt. ut: *Mis, Tis, pro Mei, Tui; Terrai frugiferai, pro terra frugifera.*

7.

CAPUT IV.

DE FIGURIS SYNTACTICIS.

† Quæ sunt figurae Syntacticae?

Quæ rationem construendi, à communi & simplici, aliam faciunt.

† Quot sunt figurae Syntacticae?

Decem: Ex quibus quatuor sunt generales¹, Ellipsis, Pleonasmus, Hellenismus, Archaismus.

1.

Sex speciales², Synthesis, Zeugma, Synchysis, Synecdoche, Hypallage, Anastrophe.

2.

FIGURÆ SYNTACTICÆ GENERALES.

† Quid est Ellipsis?

Ellipsis³ est, quando vox aliqua ad integrum sensum & constructionem necessaria, eleganter omissa est. ut:

3.

*Ingratus salutis (sc. causa.) Ad Dianæ (edem.)
A Crucis (die) ad Lucie (diem.)*

Hb 2

Qui

Qui oneri ferundo [pares] essent.

Due recte Parallela [lineae.]

Dominica tertia post [festum] Trinitatis.

Boni pastoris [officium] est.

Urbs antiqua fuit, [quam] Tyrii tenuere coloni.

Tantumne rem tam negligenter [convenit] agere?

Paucis te volo [alloqui.]

Pisciculos minutos ferrè obolo [emptos] in cenam Seni.

Quarto [die ante] Calendas Martias.

Natus [ante] annos decem.

Pridie [ante] Idus Martij.

[sive] Velis, [sive] Nolis.

Cave [ne] dixeris. [o vel heu] Me miserum.

Quos ego [sc. in ordinem redigam.] Ich will sie sc. zu Chor treiben. (Huiusmodi, apud Rhetores Aposiopesis⁴ dicuntur.

4.

5.

Huius species est Asyndeton, s quando Conjunctio Copulativa omittitur. ut:

Genus, atas, eloquentia, paria fuerunt:

Pro, & eloquentia.

† *Quid est Pleonasmus?*

6.

Pleonasmus⁶ est, quum aliquid in oratione elegantiae vel emphaseos causa abundat. ut:

Ubinam gentium sumus? Pro, Ubinam sumus?

Pisciculi minuti. pro, Pisciculi.

Sic ore locuta est. pro, Sic locuta est.

Ludo

Ludo & Joco.

Spero hoc fuisse.

Revertor rursum.

Olim aliquando.

Neque tu habes.

Ego pol. quod.

Ad pol. profel.

Nonne oportet.

Brutus ab Ro.

Ergo igitur.

Ut ne videret.

Huius spe.

do Conjunction.

tuntur. ut:

Al. andrum.

tamin.

† *Quid est*

Est Græca co.

tione diversâ. n.

Nigra lanar.

Humidum ocu.

Ibne atatis.

Magnorum in.

mie.

Desine querelar.

Tempus dicere.

Ut videre est. p.

Quid tibi hanc ven.

tu rei con.

Tunc igitur.

esse succ.

Ludo & Joco, ut illis quidem licet, sicut Somno.

Spero hoc futurum fore.

Revertor rursus denuo. Plaut. Prol. Pœn.

Olim aliquando. Ter. Eun.

Neque tu haud dicas tibi non prædictum, cave.

Ego pol quoque etiam timida sum.

Ædipol profectô. Plaut. Pseud. 1, 2.

Nonne oportuit præscisse me antè.

Brutus ab Roma aberrat.

Ergo igitur. Plaut: & Apul.

Ut ne viderem. Numnam periimus.

Huius species est Polysyndeton, 7 quando Conjunctiones Copulativæ crebrius repuntur. ut:

Alcandrumq₃, Haliumq₃, Noëmonaq₃, Prynanimq₃.

† Quid est Hellenismus Syntacticus?

Est Græca construendi ratio, à Latina ratione diversa. ut:

Nigra lanarum. pro, lane.

Humidum oculorum. pro, humiditas.

Istbuc etatis. pro, ea etate.

Magnorum indignus avorum. pro, magnis avis.

Desine querelarum. pro, à querelis.

Tempus dicere. pro, dicendi.

Ut videre est. pro, ut videre licet.

Quid tibi hanc rem curatio est? pro, quæ tibi huius rei cura est?

Tutumq₃ putavit, iam bonus esse socer. pro, bonum esse socerum.

Hb 3

Sensit

Sensit delapsus, i. e. sensit se delapsum esse.

† *Quid est Archaismus Syntacticus?*

Est obsoleta & usu antiquata constructio. *ut:*

Absente nobis. pro, absentibus.

FIGURÆ SYNTACTICÆ SPECIALES.

† *Quid est Synthesis?*

8. Synthesis est, quum constructio ad intellectum, non ad vocem refertur.

† *Quotuplex est Synthesis?*

Duplex: Numeri vel Generis.

† *Quid est Synthesis Numeri?*

Quum nomini Multitudinis singulari, subicitur Verbum vel Adjectivum plurale. *ut:*

Pars opulis onerant mensas. Virg. 4. Ge.

Turba ruunt. Pars volucres facta.

Maxima pars in flumen acti.

In magnis laesi rebus uterque sumus. Oy. in Phædra.

† *Quid est Synthesis Generis?*

Synthesis Generis est, quum Substantivo quacunque, Adjectivum diversi generis subicitur, quod ad intellectum, non ad vocem refertur. *ut:*

In Eunuchum suam. sc. fabulam.

Centauro invebitur magna. sc. navi.

Scelus qui me perdidit. pro Scelestus.

Solâ bubo. sc. avis.

NOTA. Synthesi Numerorum penè opponitur Prolepsis.

† *Quid est Prolepsis?*

Prole-

Prolepsis⁹ est, quum Generi seu Toti al-
licui, pluraliter posito, Partes subji-
ciuntur in numero Singulari, Verbo non repetito. ut:

Militēs redeunt, hic ex Hispania, ille ex Gallia.
Ego vapulando, ille verberando, usque ambo de-
fessi sumus. Ter. Ad. 2. 2.

Curemus equam uterque partem, tu alterum,
ego item alterum. Ter. Ad. 1. 2.

† Quid est Zeugma?

Zeugma¹⁰ fit, quum diversis Substantivis
Verbum vel Adjectivum additur, quod cum
propiore consentit. ut:

Sociis & Rege recepto. Virg. 1. Æn.

Caper tibi salvas & hædi. Virg. 7. Ecl.

Hic illius arma, Hic currus fuit. 1. Æn.

Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; mane-
bunt.

Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses.

† Quid est Syllepsis?

Syllepsis¹¹ est, quum diversis Substanti-
vis singularibus, vel alteri tantum Singulari,
Verbum vel aliud Epitheton plurale infer-
tur, quod digniori respondet.

† Quid vocas Dignius?

Masculinum genus dignius est Fœmini-
no & Neutro: Prima persona præstat Secun-
da & Tertia: Secunda etiam Tertia.

† Quotuplex est Syllepsis?

Duplex: Generis & Personæ.

† Da exempla Syllepsios Generis?

Mulciberis capti, Marsq; Venusq; dolis. Ov. 2.
Art.

Venus & Cupido, Dii.

Hb 4

Cæsosq;

9.

10.

11.

*Casosq; reportant, Almonem puerum, fœdatiq;
ora Galefi. Virg.*

† Quando duo vel plura Substantiva rerum Inanimatarum junguntur; Adjectivum plurale, si sine Substantivo est, Neutro genere illis subjicitur. *ut.*

*Ut operam, studium, consilium, rem, fidem meam,
sibi ad omnes res parata putent. Cic. 6. ep. 10.
Divitia, decus, & gloria, in oculis sita sunt. Sal.
Cat.*

Quod & in Animatis aliquando fit. *ut:*
*Atque hæc (Eunuchum & Ancillam) qui misit,
non soli sibi postulat te vivere. Ter. Eun.
Naves & captivos, quæ ad Chium capta erant.
Liv.*

Quando verò Substantivum Adjectivo adheret; sequitur eius Genus etiam Adjectivum. *ut:*

*Odium, & metus, pessimi ad diuturnitatem
custodes. Cic. 2. Off.*

† *Da exempla Syllepsos Personæ?*

Ego & vicinus concertavimus.

*Hæc si neque ego neque tu fecimus, non sivit
egestas facere nos. Ter. Ad. 1. 2.*

† Quòd si collatio aliqua subest; Verbum commune, post Nominativos diversarum personarum singulari numero positum, cum Nominativo prioris clausulæ potiùs consentit. *ut:*

Ego melius ista, quam tu, facerem.

Tu melius ista, quam ego, faceres.

Talem

Talem, nisi tu, nullam pareret filiū. Ter. Heau. 5. 3.

† *Quomodo differunt Synthesis, Zeugma, & Syllepsis?*

Synthesis respicit Intellectum :

Zeugma, propius : Syllepsis, dignius.

† *Quid est Synecdoche Syntactica?*

Synecdoche ¹² Syntactica est, quando Accusativus adjicitur Adjectivis, aut Verbis passivis & absolutis, partem aliquam significans. 12.

ut :

Æthiops albus dentes. Cressa genus Pholoë.

Cætera Graius. Puer ingenuus vultum.

Hyems canos hirsuta capillos. Id genus alia.

Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes. 1. Æn.

Doleo caput. Expleri mentem nequit.

† *Quomodo exponitur talis Synecdoche?*

Per particulam QVOAD. ut : *Albus qvoad dentes.*

Cressa qvoad genus. Alia qvoad id genus.

Doleo qvoad caput. Expleri qvoad mentem.

† *Quid est Hypallage?*

Hypallage ¹³ est inversus ordo Constructi- 13.
onis. ut :

Solstitium pecori defendite. pro, defendite pecus a Solstitio. Virg. ecl. 7.

Maxima sæpè ira parit levissimam causam. pro, Levissima causa sæpè parit maximam iram.

† *Quid est Anastrophe?*

Anastrophe ¹⁴ est, quando Præpositio suo 14.
Casui postponitur. ut : *Italiam contra.*

Hh 5 DE VI-



DE VITIIS ORATIONIS GRAMMATICÆ.

△ *Quot sunt præcipuè vitia Orationis Grammaticæ?*

Duo: Barbarismus & Solœcismus: quibus annumeratur & Hyperbaton, si usurpetur intempèstivè aut in excessu.

1.

△ *Quid est Barbarismus 1?*

Est usus dictionis aut omnino peregrinæ; aut Latinæ quidem, sed vitiosè vel scriptæ vel pronunciatæ, vel formatæ. *ut: Perla, pro Unio. Ganza, pro Anser. Aviso, pro Admonio. Bader, Zecus, Phaton, Omnis, Rectus, Potest: pro Pater, Cœcus, Phaëthon, Omnis, Rectus, Postest. Non curo quantitatē syllabarum. Cæla, Stavi, Legebo, Patio, Veneravi, pro, Cæli, Steti, Legam, Patior, Veneratus sum.*

2.

△ *Quid est Solœcismus 2?*

Est vitiosâ partium Orationis compositio, seu peccatum in Syntaxin. *ut: Malus mulier. Bona Poëta. Quando hic venisti? Eo intus, Sum in trô. Eo in templo, Sum in templum. Adsum*

Adsum fratre, pro cum fratre. Percutio Petrum cum pugno. Peto, ut ad me venis. Ille oportet scribere. Scripsitné Cicero hanc Orationem, aut Hortensius? pro, an.

Δ *Quid est Hyperbaton?*

Est vocum inconueniens ⁴ trajectio, sensum obscurans, vel planè ferè corrupens. *ut:*

Dixit Petrus ad Evangelista, quem Apostolus tu es, ego sum. pro, Dixit Petrus ad quem, i. e. aliquem, Tu es Evangelista, ego sum Apostolus.

FINIS GRAMMATICÆ
LATINÆ.

τῷ Θεῷ μόνῳ δόξα.



DIFFE-


DIFFERENTIÆ
QVARUNDAM VO-
CUM, MEMORIÆ PUE-
 rorum causa Versibus com-
 prehensa.

Cantat Acanthis avis : sed crescit Acanthus in agris.

Conjugia Affines faciunt : Confinia campi.
Agnati matris: Cognati patris habentur.
Dic Patruos, patris fratres: Amitasq; sorores.
Frater Avūculus est, soror est Matertera matris.
Quos generant Fratres natos, dices Patrueles.
Se & Consobrinos dic, quos genuere Sorores.
Quos Soror & Frater generant, dices Amitinos.
Vir gnata Genet est: Nurus, aut famina gnati.
Uxoris genitor Socer est: Socrusq; genitrix.
Ipsē Viri frater Levir: uxor quoque Fratris,
Fratris: Glos uxor fratris, soror atque Mariti.
Consumunt Ventres: Uterus parit: egerit Alvus.
Improbā cantat Anus: sed ventrem dejicit Anus.
Dum se curvat Anus, retrō ipsi sibilat Anus.
Est Acet in silvis: equus Acet Olympia vincit.
Armus bratorū est: Humerus ratione fruētū.
Turbat Asilus equos: miserōs suscepit Asylum.
Dum finit hora, Canas: effato tempore Canes.
Grandavisq; Canis candescunt tergora Canis.

Nocti

Nocti canis Ca

Hec Callis,

Callide conde

Cedo facit Ce

Clava ferit: C

Peri Aucilla

Esuriens Con

Comedi seer

Vir Comis, m

Congeries, l

Lignorum

Conloctes, f

Unum Col

Consulo te d

Flat Corusq;

Sanguis ines

Sunt Ceteri q

Oblitus Dec

Deleo scrip

Vi tibi Dic

Edicunt Reg

Indicat auor

Edacit moni

Non sit semper

Hic Ficus, Fic

Hic Ficus, Fic

Forice, florus

Forice Sartor

At Faber ig

Pisior habet

- Nocte canit Capo: vinum vult vendere Caupo.*
Hæc Cassis, Galea est: Hi Casses, Retia signant.
Casside conde caput: capiuntur Cassibus Apri.
Cedo facit Cess: Cecidi Cædo: Cædo Cecidi.
Clava ferit: Clavus firmat: Clavisq; recludit.
Fert Ancilla Colum: penetrat res humida Colu.
Efuriens Comedit: sed Comestatur asotus.
Comædi scenam: Comedones quarite cœnam.
Vir Comis, multos Comites sibi jungit amicos.
Congeries, Lapidum tibi sit: Glomeratio, Fili:
Lignorum propriè dicitur esse Strues.
Confortes, fortuna eadem: Socios, labor idem:
Unum Collegas efficit officium.
Consulo te doctum: tibi Consulo, dū tua curo.
Flat Corus: saltatq; Chorus, vel carmina cætat.
Sanguis inest venis: Cruor est de corpore fusus.
Sunt Cete pisces: Populi collectio, Cætus.
Oblitus Decoris, violat præcepta Decoris.
Deleo scripturam: cum flamma Extingvo lu-
cernam:
Vin' tibi Dicamus, cui carmina nostra Dicamus?
Edicunt Reges: Indicit festa Sacerdos:
Indicat autorem facti, qui novit eundem.
Educit monitor Juvenem bonus: Educatur altor.
Non sit semper Equi sessor, qui judicat Æquum.
Hæc Ficus, Fici, vel Ficus, fructus & arbor:
Hic Ficus, Fici, malus est in corpore morbus.
Forfex, filorum: Ceps, ferri: pexq; , pilorum.
Forfice Sartores: Tonsores Forpice gaudent:
At Faber ignitum Forcipe prensat opus.
Pistor habet Furnū: Fornace hypocausta caleſcūt.
Robustum

Robustum *Fugio*: fugientem sæpè *Fugavi*.
 Qvi *Fugit* averfus, folet hoſte ſeqvete *Fugari*.
Gibbus terga premit: cervicè *Struma* moleſtat.
 Vir *Generat*, Mulierq; *Parit*: ſed *Gignit* uterq;
Guſtat Lingva cibum qvi bene cunq; *Sapit*.
 Per quod qvis peccat, per *Idem* punitur & *Idè*.
Lacteo, lac ſugo: *Lactio*, lac præbeo nato.
 Infandum *Lactet*, Nutrix hūc ſedula *Lactat*.
 In ſilvis *Lepores*, in verbis quare *Lepores*.
Levis adhuc puer eſt: *Levis* a. ſermo puellæ.
 Mænala, ſi *Libet*, aſcendas *Licet*, alta *Licet* ſint:
 Non *Licet* aſſe mihi; qvi me non aſſe *Licetur*.
 Qvum *Liqueo*, *Liquidum* breve: *Liquor* *Liquida* longa.

Ad flumen *Ripis*, ad mare *Littus* habes.

Tango *Lyræ* digitis: *Liræ* fac Arator in agris.

Sulcus agri *Lira* eſt: dat *Lyræ* tacta ſonum.

Pollice tango *Lyræ*: facio ſed vomere *Liram*.

Sus ſit amica *Luto*: *Lutum* color aureus eſto.

Deceptura Viros pingit *Mala* fœmina *Malas*.

Malo tamen pulchrum *Malo* decerpere *Malū*.

Mala *Mali* *Malo* meruit *Mala* maxima Mūdo.

Merx venit nūmis: operantib. eſt data *Merces*.

Mori *Morantur*, quocunq; ſub axe *Morantur*.

Mulcet Eqvos famulus: ſed vaccaſ *Ruſtica*

Mulget.

Vir *Nothus* eſt ſpurius: *Notus* Auſter: *Notus*

amicus.

Noxam dic pœnam culpæ: ſit *Noxia* culpæ.

Oblitus eſt vino: ſed non *Oblitus* amoris.

Opperior tardoſ: pannis *Operitur* egenus.

Os *Oris* loqvitur: ſed *Os* *Oſis* roditur ore.

Os Oris Mündlein: sed *Os Ossis* devorat *Hündlein*:

Devorat *Os Oris*, quicquid lucratur *Os Ossis*.

Et *Parere* uxorem decet, & *Parere* marito.

Præbitor est *Parochus*: vicinum dico *Paroeciū*.

Pellucet vitrum: *Pellucet* tura sacerdos:

Pellicit in fraudem *Mulier*, fallaxve *Sophista*.

Pendere vult *Iustus*; sed non *Pendere* maligno.

Pro *Reti* & *Regione*, *Plaga* est: pro verbere, *Plaga*.

Populus in silvis: *Populus* reperitur in urbe.

Populus est arbor: *Populus* collectio plebis.

Quis subit in pœnam capitalis supplicii? *Vas*.

At quū lis fuerit nūmaria, quis dabitur? *Pres*.

In *Precio* est dives: defunt sua *Premia* doctis.

Dat *Propago* merum: surgit de Patre *Propago*.

(De hoc supra Reg. 4. Cap. 3. Prof. de Pro.)

Pluribus ille *Refert*, quæ nō cognoscere *Refert*.

Corpore *Robustum*: sed dices pectore *Fortem*.

Scintilla est *Silicis* casti: caret igne *Favilla*.

Ne sit *Securus*, qui non est *Tutus* ab hoste.

Sunt ætate *Senes*: *Veteres* vivere priores.

Quæ nō sunt, *Simulo*: quæ sunt, ea *Dissimulantur*.

Pars gremii, *Sinus* est: *Sinus* vas lactis habetur.

Hastā dic *Teretē*: Sphæram dic esse *Rotundam*.

Ardentem *Torrem*: extinctum dicas *Titionem*.

Tribula grana terit: *Tribuli* nascuntur in agris.

Vallamus propriè caltrum: *Sepimus* ovile.

Merx nūmis *Venit*: *Venit* huc aliūde profectio.

Venimus hesternā: ast hodierna luce *Venimus*.

Præterita *Venit*: sed præsentī *Venit* hora.

Similes dari possunt plures.

ABACUS VOCUM
PROSODICUS, SYLLABA-
rum Quantitates, quæ ferè ex Regulis
cognosci non possunt, ostendens
in plerisque Appellativis
& quibusdam Propriis
celebrioribus.

AA.	āceo	ācinacis
āāRON.	āCER, mons.	ācinus & um
AB.	ācer, arbor	ācipenser, & sis.
ābācus.	ācer, adject.	ācōnitum.
ābax.	ācerbus	ācor.
āBELUS.	ācernus	ācorus, & um
ābies.	ācerosus	āCRĀGAS
ābolla.	ācerra	ācrēdula
ābōmāsum.	ācersē cōmes	ācrimōnia
ābōminor	āceruus, vare	āCRŌCĒRAUNI-
ābrōtōnum	ācesco	ācrōstōlia (A
ābfēmius	ācētābulum	ācūleus, leōlus.
ābundo	ācētāria	ācūmen,
ābyssus	ācētum.	ācuo.
AC.	āCHĀEL.	ācūtus
ācācia	āCHĀIA	ācus, ci, piscis.
ācā demī a	āCHĒRON	ācus, cus, Nadel.
ācālanthis	āCHILLES	ācus, ceris, Spreu
ācānthis	āCHĪVI.	AD.
ācānthus	āCĪDĀLIA	āDAM.
ācārus	ācidus	ādāmas
accipiter	ācies	ādeo

ādeps

āeps
āmentum
āpāfor
āpōniculum.
āpōleo
āpōliscens
āDŌNIS
ādor
ādorea
ādoreus
āDRIA
āDRĀGUS.
āDRĪACIUS
ādrenicius
ādūm
ādūter
ādūtus
ādūcum.
E.
ādisco
ādūm.
āclon
EGERIA
reūm eGē
āgueros
āguromā
āguromā
EGERIUS
āELLO
EAMŌNIA.
ENAS

*ā*deps
*ā*diantum
*ā*dipiscor
*ad*miniculum.
*ā*dōleo
*ā*dōlescens
*ā*DōNIS
*ā*dor
*ā*dorea
*ā*doreus
*ā*DRIA
*ā*DRiāCUS.
*ā*DRiātiCUS
*ad*ventitius
*ā*dūlor
*ā*dulter
*ā*dultus
*ā*dytum.
Æ.
*ad*ifico
*ad*itius.
*ā*edon
*Æ*GēRIA
*rectius ē*GēRIA.
*ag*ōceros
*ag*rimonia
*ag*ritudo
*Æ*Gyptius¹
*ā*ELLO
*Æ*MōNIA.
*Æ*NēAS

*Æ*NēāDÆ
*Æ*Nēis
*ag*uidies
*ag*uinotialis
*ag*vōreus.
*ā*er
*ar*arium
*ar*ipes
*ā*erius
*et*hērius.

AF.

*ā*FER
*aff*abilis.
*aff*atim.

AG.

*ā*GāMEMNON
*ā*GāNIPPIDES
*ā*gāricum
*ā*gāso
*ā*GāTHōCLES
*ā*ge
*ā*ger *ā*gri
*ā*gēsis
*ā*gilis
*ā*gite
*ā*gito
*ā*GLāIA
*ā*go
*ā*gon.
*ā*grestis
*ā*gricola

li

*ā*grippā

ānus, i. Masc.	AQ.
ānus, us, Fœm.	āqua.
AO.	āquāliculus
āōNIA.	āquālis
āōNIDES	āquārius
AP.	āquāticus, ātilis
āpāge	āquīla
āPELLA, LLES.	āQUILO.
āPENNINUS	AR.
āper, āpri	āra
5. āperio	āRāBIA 5
āpertus	āRABS
āpex	ārānea, neus
āpex ābo	ārātor, ātrum
āpinā	arbi trium
āpis	arbōreus
āpiscor	arbūteus
āpium	ARCĀDIA.
āplustra	archēty pus
4. āPOLLO 4	archiāter
āpophthēgma.	architēctus.
āpostāta	arcitēnens.
āpostolus.	ARCTO pby lax
āpōthēca.	ardēlio.
āppareo	ārea.
āpricus.	ārena.
āPRILIS.	āreo.
āprugnus	āRēō PāGUS
āpud	āRēTHUSA
āpus, āpōdes.	ARGōlicus.
āpyrinus.	ARGōnautā.

	AV.	bar dōcūcullus
	āvāritia	bāris, Navig. Egypt.
	āvārus	Bāsīlēs.
	āvē	bāsīliscus
8.	āvēna	Bāsīlius ^s
	āvēo	bāso
	āvERNUS	bāsis
	augūrium	bāsiūm.
	āvīdus.	Bātāvī.
	āvīs	bātillum.
	āvītus	BE.
	āvīus.	bēdellum, al. bdelium.
	AUSōnia.	bellāria
	auspīcium.	BELLērōphontes
	automātum.	bellicosus.
	āvunculus	bēlua. al. bell:
	āvus, āvia.	bēne
	auxīlior, lium.	Bēnēdictus
	BA.	bēnignus
	BāByLōNIA	bēryllus.
	Bacchānālia	bēta, Litera & Herba.
	bācillus	bētōnica.
	bāculus	bērula.
	bālena	BL.
	bālanus	bībliōpōla.
	bālātro	bībliōthēca
	balbūrio	bībo. bībax
	bālīsta	bībulus
	bālo, ovium.	bīceps
	bārāthrum	bīdens
	barbāries	bīduum
		bīfidus

bīdas
 bīrons
 bīta
 bīngis
 bīdoris
 bīngoris
 bīlis
 bīlicem, a. ā bī
 bīmaris
 bīmebris
 bīmilis
 bīmus
 bīni
 bīominis
 bīpennis
 bīpes
 BISTōmus
 bīumen
 bīvium.
 BL.
 blāntia
 blāncipennis
 blāstima
 blātro. bīer
 al. blātero
 blātro. Garr
 blāfus. al. blā
 blāum.
 BO.
 bōvus, ā Bos.
 Anson: co
 BOEtia

bifidus
bifrons
biga
bijugis
bilibris
bilinguis
bilis
bulicem, q. a bilix.
bimaris
bimestris
bimulus
bimus
bini
binominis
bipennis
bipes
BISTONIUS
bitumen
brvium.

BL.

blanditia
blan dimentum.
blasphemia
blatero. Arietum.
al: blaetero.
blatero. Garrulus.
blesus. al: blas:
blitum.

BO.

bobus, a Bos.
Auson: corrip:
BOEOTIA

botectus
bolis
bolus, pro Reti.
bolus, pro Frusto.
bombycinus.
bonitas
bonus
Boreas
Borysthenes
botellus
botrus
botulus
bovile
bovinator
bovis, a Bos.

BR.

brabeum.
bracha. al. bracca.
brachium.
brevis
breuitas
BRITANNIA
BRÖMIUS i.e. Bacchus.
bruchus
bruma
brutus

BU.

bubalus
bubile
bubo is. Butionum.
bubo, onis.

cāmella
 cāmēlius.
 cāmēra
 cāmīnus
CAMOENÆ
 cāmūrus
 cānābis
 cānālis
 candēlabrum
 cāneo
 cāni
 cānis
 cānistrum
 cānities
 cāno, is
 cānon, ōnis
CANŌPUS
 cantbārides
 cantbēnius
 cantitēna.
 cānus
 cāpax
 cāpella
 cāper
 cāpero
 cāpeſo
 cāpillus
 cāpio
 cāpiſtrum
CAPITOLIUM
 Cāpo, cāpus

cāpra
 cāprarius.
 cāpricornus
 cāprificus
 cāpulus, lam.
 cāput
 cārābus
 carcēſum
 cārectum
 cāreo
CARēs pop.
 cārex
 cārīca
 cārīes
 cārīna
 cārīs piſcis.
 carnulētus.
 cāro, rnis
 cartilago
 cārūs
 cārjōta
 cāſa
 cāſeus
 cāſia
 cāſo, as
CASSIŌPĒA
 caſſitēros
CASTālides
 caſtānea
 caſtīmōnia
 caſtōrēm

cērussa	chōrēus
cetos. cēte.	chōriāmbus.
cēveo.	chōrēiāmbus.
CH.	chōrus
Chalcēdōnius	CHRISTicōla
chālybs	chrōmis, piscis
chāmēdrys	chrōnica
chāraēter	chry sōlitbus.
CHārites	chylus
CHāron	chy mus.
chārus	CI.
CHārybdīs	cibārium
chēle	cibo, as
chēlidon	cibōrium ¹⁰
chēlidōnia	cibus.
chēlydrius	cicāda.
chēlys	cicātrix
CHēruscī	cicer
CHīmēra.	CiCēRO
chirāgra	ci chōrēum
& chērāgra.	& ci chōriūm
chirōgrāphum.	cicōnia
& chērōgrāphum.	cicur, ūris
CHiron	cicūro ¹¹
chirurgus	cicūta
& chērurgus.	cilium
chlāmys	CLIX
chōlēra	cimex
chōliāmbus	CIMMērii
chōrāgus	cinēdus
chōrēe	cināmōmum

10.

11.

cinē.

<i>cīnereus</i>	<i>clibanus</i>
<i>cīnī flānes</i>	<i>clima</i>
<i>cīnis</i>	<i>climax</i>
CīNyPHIVS	<i>climicus</i>
<i>CīNyps fl.</i>	<i>clino</i>
<i>cītērior</i>	CLio
CīTHÆRON	<i>clitell.</i>
<i>cāthara</i>	<i>clivus</i>
<i>cātimus</i>	CLōtho
<i>cītō. Adverb.</i>	<i>clūdo</i>
<i>cīto, as.</i>	<i>clūnis</i>
<i>cī tra</i>	<i>clipeus</i>
<i>cī trinus</i>	CLyTÆMNeſtra.
<i>cī trum, cī trus.</i>	CN.
<i>cīrus</i>	<i>cnicus</i>
<i>cīra.</i>	CNidus. at: Gn̄:

CL.

CO.

<i>clādes</i>	<i>cōagulum.</i>
<i>clāmo</i>	<i>cōcblea</i>
<i>clāmor</i>	<i>cōcbleāre</i>
<i>clandēſtīnus</i>	<i>cōcles</i>
<i>clāreo</i>	CōCYTUS
CLārus Ins:	<i>cōdex</i>
<i>clārus, adj:</i>	<i>cōdicillus</i>
<i>clāva</i>	<i>cōcūtio</i>
<i>clāvis</i>	<i>cōlicola</i>
<i>clāvus</i>	<i>cōmētērium</i>
<i>clēmens</i>	<i>al: cōmētērium.</i>
CLēopātra	<i>cōnātūrio</i>
<i>clēpo</i>	<i>cōnōbium</i>
<i>clēricus</i>	<i>cōrūleus</i>
<i>clērus</i>	<i>cōgito</i>

cōgo

cōgo
cōlaphus
cōlax
cōles
cōlent
cōlentus
cōlōpōisus
cōlio
cōlōgium
cōluculus
cōlūnes
cōlūrius
cōly, as.
cōly, is.
cōlōcāſum
cōlōcynthus.
cōlon
cōlōnia
cōlonus
cōlōpōis
cōlor
cōlōſus
cōlōſtrum
cōlōber
cōlon
cōlonia, bus.
